

Inter libros
Josephi Mariæ Parascandolo
Antecessoris Regii
A. L. N.

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
D
42
Napoli

Digitized by Google

I N

EPISTOLAM ENCYCLICAM,

A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO PAPA XIV.

D A T A M

Ad omnes Epiſcopos Ditionis Eccleſiaſticæ die XIX. Februarii anni MDCCXLIX.

PETRI POMPILII RODOTA'.

COMMENTARIUS,

IN QUO AGITUR

De Anno Jubileo, de Cultu Templorum, de Cantu & Muſica Eccleſiaſtica.

R O M Æ MDCCXLIX.

In Typographia S. Michaelis, Sumptibus Octavii Puccinelli.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Rogamus pro illis, ut qui delectabiliter audiunt Organum, delectabilius audiant vocem Dei. *S. Auguſtinus in Pſ.* 98.

Digitized by Google

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIV.

PONTIFICI OPT. MAX.

PETRUS POMPILIUS RODOTA'

Commentarium hocce meum, in eruditiſſimam tuam æquè ac doctiſſimam, ad Epiſcopos Ditionis Eccleſiaſticæ Epiſtolam, exaratum; Tuo tantum Nomine commendandum, Tibi-

Digitized by Google

que uni, Pontifex ter Optime ac Maxime, inſcribendum, nemo eſt qui non videat. Cum enim non meâ illud, ſed tuâ tantum Doctrinâ adornatum atque confectum ſit, nil æquius aut juſtius viſum eſt, quàm, ut quod Te docente collegi, tuumque eſt, cum exigua ſolum laboris mei acceſſione, Tibi ſine cunctatione reſtituam: Fontium ac Fluviorum indolem imitatus, qui ad mare, unde exeunt, gradu non minus celeri, quàm memori, ut ita dixerim, revertuntur. Aliæ præterea accedunt rationes, non communes tantum & publicæ, ſed plane peculiares & propriæ, quæ

ad

ad id me omnino movent atque compellunt . Ipſa Commentarii materies de Anno Jubileo , de Cultu Templorum , de Cantu & Muſica Eccleſiaſtica , a Summo Pontifice pertractata , nemini potius aut dignius , quàm Summo Pontifici offerenda & conſecranda erat . Incredibilis verò humanitas erga me Tua , qua innumeris me beneficiis cumulas , & quâ , Maximus licèt , vel minima ipſa non contemnis , meum hoc , qualecumque illud eſt , obſequii & memoris animi teſtimonium ſuo quodam veluti jure videtur expoſcere ac vindicare . Excipe igitur Beatissime Pa-

TER ,

TER, *benignus, ut ſoles cætera, hanc, etſi vulgarem ac tenuiſſimam, obſervantiæ meæ ſignificationem. Proba hominis ſtudium, qui in tanta fortunæ humilitate de Te benemereri vehementiſſime cupit. Quam in rem à Deo ſupremo mortalium vitæ moderatore nihil impenſius mihi poſcendum ſupereſt, quàm ut Te, qui pro tutela & ſplendore divini Cultus, rerumque Sacrarum tot tantaque egregia opera ſuſcepiſti: qui litteras bonaſque artes peculiari ſollicitudine foves: qui ſingulari ſapientia omnia religioſiſſime moderaris: qui denique doctrina Tua & eruditione in*

uni-

Digitized by Google

univerſam Eccleſiam ſplendorem effundis: Te, inquam, in eximiam Chriſtiani Orbis Urbiſque utilitatem, incolumem quamdiutiſſime ſervet. Etenim, quam laudem in Alexandrum Imperatorem Mammeæ filium, triumphum ſplendidiſſimum agentem, Romani Cives clamantes congeſſerunt his verbis: Salva Roma, quia ſalvus eſt Alexander; *eam, citra ullam adulationis ſuſpicionem, Tibi potiori jure tribuendam eſſe, nemo unus addubitat. Siquidem, ſalva Diſciplina Eccleſiaſtica, ſalva Reſpublica, & Litteræ ſalvæ, quia ſalvus* BENEDICTUS.

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſt. Sac. Pal. Ap.

F. M. Archiepiſ. Tarſi Viceſ.

QUanta cum utilitate omnium conſultum ſane foret, ac quantopere intereſſet, ſi doctus quiſpiam appoſitis digniſque Commentariis proſequatur omnia Benedicti XIIII. P. O. M. jam edita Opera equidem ſapientiſſima, cùm mecum ſæpe animo reputavi, tum reipſa ſatis oſtendit præclariſſimus hujus libri Auctor. Hoc enim modo, quæ multa & docta, & ſcitu digniſſima in illis Operibus, quæ nemo non valde commendat, ſummatim aut indicata, aut complicata ſunt, omnibus aperta eſſent, ac coram diſſerta. Sunt namque ab illo edita, quo ſicutì Dignitate ac Faſtigio, ita neque doctrina aut eruditione una ſimul cum ſumma pietate conjunctis, major eſt nemo. Occaſione igitur jam proximi Anni Jubilei, intentus accuratiſſime Pontificio ſuo muneri SS. Pater & Dominus Noſter Benedictus PP. XIIII., ut cetera omnia per ſe ipſe Romæ providit, ita Epiſcopos omnes Ditionis Eccleſiaſticæ ad ſua munera intente adimplenda excitavit, data ad eos Epiſtola, in primis pro cultu Templorum, & muſica Eccleſiaſtica ſancte & caſte curandis ad Eccleſiarum decorem ac majeſtatem. Hanc eruditis, & ex Hiſtoria Eccleſiæ petitis Notis, ſelectiſque monumentis veluti enucleare & diſſerere ſtudet & avet is Liber; quanta Auctoris cum laude, lector videt. Ego quidem, juſſu Reverendiſſimi Patris Joſephi Auguſtini Orſi, Ordinis Prædicatorum, Sacr. Pal. Ap. Magiſtri, illum perlegi maxima animi voluptate; atque nil pene aut contra Fidem, aut contra bonos mores, aut Principes, ſed omnia ad eruditionem ac pietatem ipſi Epiſtolæ conſentanea, reperiens, dignum cenſeo, qui typis publicari poſſit.

Romæ, VI. Kal. Octobris 1749.

Jo. Chryſoſtomus à S. Joſeph Scholarum Piarum.

IMPRIMATUR.

Fr. Joſeph Aug. Orſi Ord. Præd. Sacr. Pal. Apoſt. Mag.

LET-

LETTERA CIRCOLARE

DELLA SANTITA' DI NOSTRO SIGNORE

BENEDETTO PP. XIV.

A TUTTI I VESCOVI DELLO STATO ECCLESIASTICO

Sopra alcuni provvedimenti, che eſſi debbono prendere per l' occaſione del proſſimo Anno Santo (*a*)

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

§. I.

L' Anno, che viene, (*b*) terminato il preſente, come ella ben ſa, è l'anno del Giubbileo, detto l'Anno Santo: (*c*) ed eſſendo, per ſomma miſericordia di Dio, terminata la guerra, (*d*) e fatta la pace fra' Principi belligeranti, ſi può ſperare, che grande ſia per eſſere il concorſo de' foreſtieri e pellegrini di tutte le

Digitized by Google

nazioni, ed anche delle più rimote, a queſta noſtra Città di Roma. Noi di vero cuore preghiamo, e facciamo pregare il Signor Iddio, acciocchè tutti quelli, che verranno, conſeguiſcano il frutto ſpirituale delle ſante Indulgenze: nè Noi ſiamo per tralaſciare veruna diligenza pel detto effetto. (*e*) Deſideriamo ancora, che tutti quelli, che vengono a Roma, ne partano, non ſcandalizzati, ma pieni di edificazione di quanto avranno veduto non meno in Roma, che in tutte le Città dello Stato Pontificio, per le quali ſarà loro convenuto di paſſare, e ripaſſare, venendo a Roma, e ritornando alle loro patrie. In ciò (*f*) che appartiene a Roma, già da Noi ſi ſono preſe alcune miſure; nè ſi tralaſcierà di prenderne altre. Abbiamo biſogno del di lei zelo (*g*) e della di lei eſperimentata attenzione in ciò, che appartiene alla Città (*h*) e Diocesi, che da lei è lodevolmente governata: e quando da lei ſi dia, come ſperiamo, la mano adiutrice, non ſolo conſeguiraſſi il fine da Noi bramato, che i foreſtieri partiranno edificati, e non ſcandalizzati di noi; ma altresì ne deriverà un altro buon effetto, che le coſe da Noi ordinate, e da lei adempite, cagioneranno una buona diſciplina non ſolo nell' Anno Santo, ma in molto tempo in avvenire: come per appunto ſuccede nelle di lei Viſite Paſtorali; dimoſtrando l'eſperienza, che i viſitati, eſſendo imminente la Viſita, fanno alcune coſe, correggono alcuni difetti, per non dover eſſere ripreſi

da

da lei, e per non reſtar eſpoſti alle dovute pene; e chè dura anche dopo il tempo della Viſita il bene fatto nell' occaſione della medeſima.

COMMENTARIUS.

(*a*) P*Er l' occaſione del proſſimo Anno Santo*. Romani Pontifices, Anni Jubilei pompam parantes, conſilium pro re ac tempore in anteceſſum capere ſtuduerunt, nedum ut Urbs omnibus ad victum neceſſariis affluenter inſtrueretur, ne quid ad eam confluentium commoditati deeſſet; verum magis in præcipua officii parte poſuerunt, Chriſtifidelium pietatem augere, ſacrorumque dignitatem amplificare, ut Peregrini huc adventantes, ſanctæ converſationis exemplo commoti, ad virtutum omnium exercitationem inflammarentur.

Ut autem de iis primo loco ediſſeram, quæ ad rem Eccleſiaſticam pertinent, Templa ad cultum decoremque parari juſſit Clemens VII. 1525. edicto edito à Cardinali Paulo Capiſucchi, tunc temporis Urbis Vicario. Julius III. anno 1549. quatuor Eccleſiaſticos Inſpectores conſtituit, qui Templa obeuntes, curarent, ut Chriſtifideles illic orantes, modeſtiæ laude emicarent, moreſque ad gravitatem componerent; quin & Purpuratos Patres eloquenti oratione excitavit Julius, ut in Eccleſiis, quas in Titulum habebant, deſignatis diebus Sacrum ſolemni ritu facerent, diviniſque Officiis celebrandis intereſſent. Cæremoniis denique Præfectis hanc provinciam demandavit, ut ad Eminentiſſimos Patres referrent, ſiquid in eiſdem Eccleſii eſſet, quod eorum curam & diligentiam expoſceret. Anno Jubilei 1650. Innocentius X. Lateranenſem Baſilicam vetuſtate jam fatiſcentem nova molitione, ornatuque ſplendidiore reſtituit. Clemens X. anno 1674. ſpectatiſſimis viris Eccleſiarum viſitationem injunxit, qui ſedula diligentia proſpicerent, ne quid Peregrinorum oculis objiceretur, quod earum cultui officeret; ſed omnia eſſent ad decorem compoſita. Eccleſias denique aptari, & exornari ſanxerunt Innocentius XII. anno 1699. & Benedi-

ctus XIII. anno 1724. Huc enim Summorum Pontificum vota contenderunt, ut confluentes ad Apoſtolorum limina Peregrini, Sacras Ædes eo nitore, & majeſtate ſplendeſcere intuerentur, quæ decet Urbem Romam, totius Orbis Caput, & perpetuam Summi Pontificis ſedem, quæ tot SS.MM. monumentis, & SS. præcipue Apoſtolorum Petri & Pauli Lipſanis, gloria, & dignitate nobilitatur.

Nonnullas etiam leges tulerunt Summi Pontifices, proxime imminente Jubilei ſolemnitate, quibus homines ſacri vitam moreſque ſuos ad honeſtatem componerent. Clemens VII. & Julius III. pæſcripſere, ut Sacerdotes in Urbe, talari ſemper habitu incederent, quod ipſum deinde mandarunt Innocentius X. anno 1649. Clemens X. anno 1674. Innocentius XII. anno 1699. & Benedictus XIII. anno 1724. Gregorius XIII. eccleſiaſticæ ditionis vias in Peregrinorum commodum aptari, & neceſſaria ad victum parari juſſit. Clemens VIII. duas Purpuratorum Patrum Congregationes inſtituit, alteram, quæ rebus ſpiritualibus, alteram, quæ temporaneis ad eum annum ſpectantibus conſuleret. Urbanus VIII. in Conſiſtorio Secreto Patres prudenti oratione excitavit ad egregia pietatis opera ſuſcipienda, & ad opus aliquod peragendum ampliſſimæ Dignitati congruens, erga Hoſpites in Sanctiſſimæ Trinitatis Xenodochio excipiendos. Provida cæterorum Pontificum conſilia, quibus Clemens X. Innocentius XII. & Benedictus XIII. Jubilei ſolemnitatem reddiderunt inſignem ſatis nimia diligentia recenſet Thomas Maria Alfani Ordinis Prædicatorum Theologus, in erudito Tractatu, *Degli Anni Santi, dal di loro ſolenne cominciamento per ſino a quello di Benedetto XIII.*

(*b*) *L' anno, che viene, terminato il preſente, come ella ben sà, e l' Anno del Giubileo*). Certa quædam tempora in ſæculorum revolutione Summi Pontifices elegerunt, quibus quotquot Catholico nomine cenſentur, majori ſtudio excitarent ad peccatorum veniam, & Indulgentiam conſequendam. Sæculari quolibet anno, ex vetuſta conſuetudine, Jubilei ſolemnitas Romæ recurrere conſueverat. Ut antiquiſſimo inſtituto major ac-

ce-

Digitized by Google

cederet firmitas, Bonifacius VIII. Conſtitutionem edidit in eam rem, anno 1300. quæ extat *Cap. Antiquorum, extra, de Peniten. & Remiſſion.* Pleniſſimam criminum veniam iis propoſuit Bonifacius, qui poſt rite detectos Sacerdoti conſcientiæ ſinus, Baſilicas SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli luſtrarent; cum eo tamen diſcrimine, ut Romani ad minus triginta diebus continuis, vel interpolatis: Peregrini diebus quindecim tantum eadem Sacra limina inviſerent. Maxima animi gratulatione Romani Cives hoc Diploma exceperunt, ſummoque pietatis ardore Baſilicas adivere. Porrò incredibilis hominum multitudo ex longiſſimis Regionibus Romam confluxit, magnuſque concurſus ex toto fere Chriſtiano Orbe factus eſt. Joannes Villanus (1) eo anno Romam profectus, narrat, tantam Fidelium copiam tunc ad Urbem acceſſiſſe, ut præter Romanos, ducenta Peregrinorum millia ibi conſpexerit, quibus omnia ad neceſſitatem abunde parabantur. Sæpius uno die egreſſos ab Urbe, & ingreſſos ad eam, triginta millia hominum Auctor Annalium Colmarienſium (2) litteris conſignavit. Jacobus Cajetanus, Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, qui erat Pontificiorum Conſiliorum particeps, reique oculatus inſpector, hanc Jubilei Hiſtoriam poſterorum memoriæ tradidit: typis impreſſa legitur in Bibliotheca Veterum Patrum (3). Eam accurate legenti meridiano ſole clarius conſtabit, Polydorum Virgilium (4) ſuis lectoribus illudere voluiſſe, cum ſcripſit, Bonifacium VIII. ideo ſanxiſſe Jubileum, centeſimo anno recurrente fore aperiendum, ut populum cum primis Romanum ab inani Sæcularium ludorum celebratione ad verum ſolemne Sacrum reduceret. Quæ quidem ſententia ſicut aſſertores habet Guicciardinum, (5) Platinam, (6) alioſque: ita reipſa penitus coarguitur. Etenim ſæculo XIII. nullum ſe nobis offert veſtigium ludorum Sæcularium, quos Honorius Imperator anno 404., poſtremus inter Im-

(1) *Jo. Villan. Hiſt. lib. 8. cap. 36.*
(2) *Auctor Annal; Colmar. apud Raynald. A. 1300.*
(3) *Bibliothec. Vet. PP. Tom. 25. edit. Lugd.*
(4) *Polydorus Virgil. de Invent. rer. lib. 8.*
(5) *Guicciardinus Hiſt. lib 4.*
(6) *Platina in Clemente VI.*

Imperatores celebraſſe perhibetur. Poſt eam ætatem, illos in deſuetudinem abiiſſe, nec amplius inſtauratos, conveniunt ſcriptores, penè dixerim, omnes. Videndus Panvinius Tractatu de Ludis Sæcularibus (1). Quin & Joannes Alphonſus Turretinus (2) à Catholica Religione extorris, quamquam anni Jubilei & ludorum Secularium comparationem ineat, illumque his æquare omni ope contendat; nihilo tamen minùs ſententiam tandem ſuam his verbis prodit = *Veruntamen, cum hac de re ſileat in ſua Bulla Bonifacius, cum etiam ante annos mille quinquaginta deſiiſſent ludi Sæculares* (Ab Honorio hos ludos actos non eſſe, ſed longè antea exoleviſſe, hic auctor affirmat) *cum denique Bonifacii tempore magna eſſet veterum rituum cum Ethnicorum, tùm Chriſtianorum penes Clerum ignorantia, nollem, hunc fuiſſe Jubilei fontem, confidenter nimis aſſerere.*

A Bonifacii Conſtitutione nondum anni quinquaginta effluxerant, cum Clemens VI. Romano Populo rogante, ut humanæ vitæ brevitati proſpiceret, Jubilei celebritatem ad recurrentem quinquageſimum annum (3) contraxit: Sanxit præterea, ut qui Indulgentiarum theſauros promereri vellent, præter SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, Lateranenſem etiam Baſilicam in honorem SS. Salvatoris conſtructam, luſtrare tenerentur. Lata eſt ejuſmodi Conſtitutio anno 1349. eamque habes *cap. 2. Unigenitus, eod: tit. de pœnit. & remiſſ.* Magni Chronici Belgici auctor memoriæ prodidit, cum primum ex Clementis VI. Decreto, Jubileum anno quinquageſimo celebratum eſt, tantam hominum multitudinem Romam turmatim perrexiſſe, ut quotidie infra dictum annum, quinque millia Peregrinorum intrantes, & exeuntes, Romæ computarentur. Eluxit eo anno piorum virorum liberalitas in ſacra ſtipe Eccleſiis conferenda, quæ ad earum ornatum derivata eſt.

Gregorio XI. Catholicam Eccleſiam regente, Jubilei celebritas acta non eſt: nihilo tamen minus anno 1373. ad pietatis ſtu-

(1) *Panvinus de lud. Sæcul. extat. cum Grævio antiquit. Roman. vol. 9. pag. 1061.*
(2) *Alphonſus Turretinus de ludis Sæcularibus Academicæ quæſtiones: quæſt. 6.*
(3) *Raynaldus ad annum 1349. & ſeqq.*

ſtudium in Deiparam commendandam, publico Decreto ſtatuit hic Pontifex, ut recurrente anno Jubileo, Chriſtifideles SS. Apoſtolorum, & Lateranenſem Baſilicam obeuntes, aliam etiam Baſilicam S. Mariæ Majoris adirent, ob ingentia in ea patrari ſolita miracula, veneratione digniſſimam.

Urbanus VI., cui ob pietatem, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſeveritatem, multum laudis acceſſit, Jubileum in brevius XXXIII. annorum ſpatium contraxit. Inſtituti ſui rationem duxit ex annorum Chriſti numero, & fugaci humanæ vitæ brevitate. Decrevit, ut anno proximo 1390. & deinceps quolibet trigeſimo tertio, Jubilei ſolemnitas recurreret.

Poſtquam Urbanus VI. Jubileum indixit, mortali hac vita defunctus, Bonifacio IX. ſucceſſori illud abſolvendum reliquit. Itaque Bonifacius Jubilei ſolemnitatem bis ſolemni Ritu peregit. Primo quidem anno 1390. ex Urbani VI. lege, quo (præter Gallos, cæteroſque ſchiſmaticæ factioni addictos) innumerabiles Peregrini ad Apoſtolorum limina confluxerunt; alteram Jubilei celebritatem egit Bonifacius anno ſæculari 1400. more majorum, & ex vetuſta Eccleſiæ Romanæ conſuetudine.

Recurrente anno 1423. qui erat trigeſimus tertius ab anno 1390. Martinus V. Jubileum annum celebraſſe, probat Bzovius in Annalibus. At Nicolaus V. Bononienſis confirmata Clementis VI. Conſtitutione, ad quinquageſimum annum rediit; Quamobrem anno 1450. ſolemni ritu Jubilei pompam peregit, atque eâ confluentium populorum omnium copiâ, ut reliquis omnibus anteactis, pari ritu celebratis, meritò præferatur: tanta enim multitudo ex univerſo fere Catholico Orbe Romam contendit, quanta nunquam antea viſa fuerat. Sedulam enim ſuperioribus annis navaverat operam Summus Pontifex, ut Italiæ in arma concitatæ motus reprimerentur, & pax inter Chriſtianos Principes conciliaretur. Ad optatum exitum ſua conſilia perduxit. Quare omni copiarum genere Urbem Romam inſtruxit, viarum graſſatores non modo propoſitis Cenſurarum pœnis, ſed immiſſis etiam Satellitibus, abſterruit, ne publica obſiderent itinera, aut in Peregrinos Romam contendentes,

ſævi-

Digitized by Google

ſævirent. Celebritatem auxit Nicolaus V. Sanctorum albo adſcribens B. Bernardinum Senenſem Concionatorem celeberrimum, & miraculorum gloriâ illuſtrem. Hoc eodem anno coacta ſunt Comitia generalia Ordinis S. Franciſci, tum Minorum de Obſervantia, tum Conventualium. Inter Minores de Obſervantia, ſanctitatis fama eminebant Joannes a Marchia, Joannes a Capiſtrano, & Didacus Laicus Hiſpanus: quos nunc ex Eccleſiæ Decreto, impenſa veneratione cultuque proſequimur. Lætos illius anni Jubilei dies funeſtum ac lugubre factum turbavit. Contigit enim, ut populi frequentia, per Elium Pontem contendens, adeo ſeſe mutuo compreſſerit, ut ad ducentos, eoque amplius, eliſi ſint in Ponte, ac plures etiam in Tyberim lapſi, ſubmerſique fuerint.

Tandem Paulus II. anno 1470. Jubileum ad recurrentem viginti quinque annorum lapſum redegit, illudque celebrandum indixit anno 1475. Extat in Romano Bullario ejuſmodi Conſtitutio. Sixtus IV. eam Conſtitutionem ratam habuit, ut videre eſt *Cap.4.extra,de pœnit.& remiſſ.*, & Jubileum anno 1475. celebravit. Ritum aperiendi Portam, quam jure Sanctam dicimus, Alexander VI. inſtituit, primuſque re ipſa præſtitit anno 1500. ut lato calamo comprobat Alfanus in Tractatu, ſuperiori loco laudato, *Degli Anni Santi.* (1)

Quæ hactenus diximus, eò pertinent, ut oſtendamus, in revolutione quadrigentorum & quadraginta novem annorum, quotquot a Bonifaciana Conſtitutione effluxerunt, recurrere in annum proximum, octavam & decimam Jubilei Solemnitatem. Indixit jam illam Benedictus XIV. edita Conſtitutione, (2) quam verborum pondus, & gravitas ſententiarum ſatis commendant. In ea nihil de conſueta Eccleſiæ Diſciplina immutavit, ſive quod ad Eccleſiarum, ſive quod ad viſitationum numerum ſpectat: ſive etiam, quantum ad opera, quæ ad lucrandum Indulgentiarum theſaurum præſcribuntur; excepta S. Euchariſtiæ perceptione, quam jure ac merito ſuperaddendam duxit: So-

(1) *Pag.* 53. & 254.
(2) *Conſtitut.* Bened. XIV. III. *Non. Maij* 1749.

ſolemni Aſcenſionis Chriſti Domini feſto, quod hoc anno incidit in diem XV. Maii, in S. Petri atrio evulgata eſt ea Conſtitutio. Hoc inſtitutum indicendi Jubileum feſto Aſcenſionis die, Gregorium XIII. habet auctorem. Publicæ gratulationis per totam Urbem argumenta hanc ſolemnem indictionem ſtatim exceperunt: atque ita exultavit Roma, ut Capitolii gloriam Vaticanus Collis obruerit.

(c) *Anno Santo*. Anni Sancti notionem his verbis tradit Sanctiſſimus in laudata Conſtitutione = *Annus acceptabilis, annus renovationis & pœnitentiæ, annus reconciliationis & gratiæ: Sanctus in Eccleſia merito appellatus*. Vetus hoc anno lex impletur, & nova per gratiam inchoatur: novus annus incipit, annus Indulgentiarum & dimiſſionis, annus gratiæ & benedictionis. Veluti Moſes, qui aquarum fontem aperuit, & ſitibundum Dei populum fluentis aquæ perennitate exatiavit, aperiet Benedictus XIV. Pontificiæ auctoritas virga; & ſumma, qua pollet, poteſtate, Cœli portas, Portamque Sanctam; ſive ut Sanctimoniam in terras immittat, ſive homines in Cœlum admittat. Ex ea veluti fonte, Jubilei gratia affluentius manabit. Hæc illi mens eſt, ut Pœnitentes ad Indulgentiam conſequendam per eam introducat, eiſdemque ditiſſimos divinæ Miſericordiæ theſauros, atque affluentiſſimas opes, Chriſti ſanguine partas, Sanctorum meritis liberali manu elargiatur.

(d) *Terminata la Guerra, e fatta la Pace fra Principi Belligeranti, ſi può ſperare, che grande ſia per eſſere il concorſo de' Foraſtieri e Pellegrini*. Bellorum tumultus, graſſantium licentia, & infeſta itinera, Romanum iter ad ſacrum theſaurum anno Jubilei conſequendum, difficile quandoque reddiderunt. Anno ſeculari 1400. quo Bonifacius IX. ſolemnem Jubilei celebritatem aperuit, a Religionis ſtudio, luſtrandiſque Apoſtolorum liminibus, plurimos deterruit, tum peſtilentiæ lues, quæ Italiam vaſtabat; tum graſſantium licentia, qui auro & vitæ Peregrinorum Romano in agro inſidias tendebant. Martinus V. anno 1423. Jubileum ab Urbano VI. ad annum trigeſimum tertium contractum, deduxit in opus: verum id factum minori

Populorum frequentia ob bella, quæ in Italia, Gallia, atque Germania ſæviebant, cum magna bonorum, ac pietatis jactura. Hanc ob cauſam hujus Martinianæ celebrationis mentio haud frequenter apud auctores occurrit. Anno 1475. ob vehementes bellorum ſuſpiciones, aliaque incommoda, pauci Chriſtifideles Romam, religionis cauſa, adventarunt. Quare Sixtus IV. ut longinquarum Nationum pietati conſuleret, Jubileum Bononiæ poſuit anno 1475. à Kalendis Maji uſque ad pridie Kal. ſequentis anni, teſte Sigonio (1). Ingentes adeo Populorum concurſus eò facti ſunt, ut vulgo exiſtimatum ſit, Bononiam nunquam tanta Peregrinorum copia redundaſſe. Alexandro VI. anno 1500. eamdem eximiam ſolemnitatem peragente, iter difficile extitit Peregrinis ad Urbem confluentibus, ob Turcicas clades, & Italica bella, quibus plurimus ſanguis fuſus erat, & Chriſtiani graviſſimis incommodis affecti. Maurus enim Mediolanenſis, recuperato ſub anni principio dominatu, in Francos Romipetas ſæviebat, pronunciato in ſingula eorum capita ducato aureo. Sub Clemente VII. bella Gallorum civilia, Gallorum itidem & Hiſpanorum emulatio feralis; quæ Romæ graſſabatur, peſtilentia; impiaque tandem rabies hæreſis Lutheranæ, Indulgentias adlatrantis, Fideles a Peregrinatione deterruit. Ob has publicas calamitates, anno Jubilei 1525. minores longe quàm antea, Populorum concurſus ad limina Apoſtolorum factos, tradit Victorellus (2). Eadem Lutheranorum, & Calviniſtarum hæreſis ſuperioribus annis exorta, Ultramontanos avocavit ab obeundis Sanctorum Apoſtolorum liminibus anno 1550., teſte Panvinio in vita Julii III.. Innocentio X. Jubilei ſolemnitatem celebrante anno 1650. licèt urbs Roma multa hominum millia, continuis adventantium & redeuntium itineribus, in dies reciperet, totidemque dimitteret; longe tamen ingentem confluentium Populorum numerum, quominùs ſanctam Urbem adirent, cohibuere civiles in Gallia diſſentiones, ortaque inter Hiſpaniam & Galliam bella; quod profecto non contigit pacis tempore.

Qua-

[1] *Sigon. de Epiſc. Bononien. lib. 4. ad A. 1475.* [2] *Victorell. de Jubil. part. 3.*

Quare, in ſpem certam adducimur, ut pacatâ tandem Europâ, ad celeberrimam ac ſanctiſſimam Jubilei proximi ſolemnitatem, pietatis & Religionis ſtudio, maxima ſit futura Populorum frequentia. Non enim itinerum difficultates, nec infeſtæ viæ, nec alia incommoda ſuperius recenſita, eos avocant, quominus ad Sacra Apoſtolorum limina properantes, Urbem magiſtram veritatis & religionis colere, monumenta ſanctorum Martyrum cruore conſecrata, veneratione proſequi valeant. Concordes jam Regum animi Pacis nexu devincti, furores bellici ſedati, divinæ ultionis tonitrua jam non exterrent Europam; nec furente diſcordiarum turbine, concutiuntur fundamenta Orbis Terrarum. Quid itaque nobis ſperandum, niſi cuncta felicia & proſpera? Catholicæ Religionis Principes erga Romipetas beneficentiam effundent, dabuntque operam, ut tutis itineribus incedere poſſint. Eos etiam allicit, atque invitat, longe lateque per totum Terrarum Orbem diffuſa, opinio eximiarum virtutum, quas in Benedicto Decimoquarto ſuſpicient, & mirabuntur: ita, ut quidquid contigiſſe fertur, (1) ſedente Nicolao V. & Jubilei annum celebrante; *totam nimirum Populorum omnium Chriſtianorum multitudinem Romam confluxiſſe, non ſolum ob hanc tantam divinam celebritatem, ſed etiam ob admirabilis Pontificalis Perſonæ conditiones, quæ jam per totum pene Terrarum Orbem, fama undique intonante, peragraverant*; Id ipſum fore fortiori jure confidimus, ſedente Benedicto XIV. cujus vita, virtus, doctrina, atque eruditio ea eſt, ut in admirationem rapiat ipſos etiam heterodoxos (2). Profectò ſummum videre Pontificem, in quo Pontificia Majeſtas enitet, *Epiſcoporum Principem* (3) *Apoſtolorum hæredem*, *Primatu Abelem*, *Gubernatu Nohemum*, *Patriarchatu Abraham*, *Ordine Melchiſedech*, *Dignitate Aaron*, *Auctoritate Moyſen*, *Judicatu Samuelem*, *Poteſtate Petrum*, *Unctione Chriſtum*, prǣclarum eſt; Sed enim talem videre

(1) *Jannotius Manettus in vita Nicolai V lib. 6.*
(2) *Pfaffius differtat. theolog. de Pict. Imag. Sanctiſſima Trinit. ait*: Benedicto XIV. per multa Secula non ſedit in Eccleſia Romana eruditior alter.
(3) *S. Bernard. de conſiderat. lib. 2. cap. 8.*

Pontificem, omni virtutum genere reverà præſtantiſſimum; fulgentiſſimum Sydus, Eccleſiam univerſam ſuæ Doctrinæ radiis illuſtrans: id quidem eſt longe præclarius.

(c) *Deſideriamo ancora, che tutti quelli che vengono a Roma, ne partano non ſcandalizzati, ma pieni di edificazione.* Romanis Pontificibus Jubileum celebrantibus hæc perpetuo inſedit voluntas, ut qui ſacris peregrinationibus ſeſe committunt, Urbemque Apoſtoli voce laudatam, Religionis ſtudio adeunt, virtutum exemplo excitati, ſuas repetant domos in fide, pietate, & in Apoſtolicæ Sedis obſequio confirmati, ut promptiores Deo ſerviant, & Romanæ Sedi obediant. Hinc iidem Summi Pontifices præclara virtutum exempla eo potiſſimum tempore præbere ſtuduerunt. (1) Gregorius XIII. laneis veſtibus indutus, quatuor Baſilicas anno 1575. ſæpius devotus adivit. Ad Portam Hoſtienſem lecticâ, inde ad S. Pauli Templum bis mille paſſibus diſtans, licet extremæ ſenectutis onus ſuſtineret, pedibus iter confecit: Scalam Sanctam non ſine lacrymarum ubertate conſcendit: Peregrinorum pedes oſculo ſæpiſſime complexus eſt: Egentes effuſiſſimis largitionibus juvit. Pontificis pietatem Cardinales imitati ſunt: *Alcuni de quali* (ſcribit Alſanus (2) *impiegarono la maggior parte dell' entrate, che avevano, in beneficio de' Poveri e de' Pellegrini, in riſtorare ed ornare le Chieſe, ed in altre opere di pietà Criſtiana. Ed in quanto alle Sante Viſite, molti di loro furono veduti farle con Religioſa modeſtia, e più fervore; perche di queſti alcuni due e trè inſieme, alle volte uno da ſe ſolo con la ſua famiglia, dopo aver premeſſo il digiuno, la confeſſione, e Comunione, andarono a viſitare le Chieſe a piedi, e con li capi ſcoperti trà il Popolo numeroſo.* Ingens peregrinantium numerus eo anno viſus. Septem & octo eorum millia ſæpe eadem die hoſpitalis Domus Sanctiſſimæ Trinitatis excepit. Hanc ob cauſam, ut eorum Religioni faceret ſatis Pontifex, tam magnum

cæ-

(1) *Ciacconius: Victorellus ad eumdem, & de Jubileo: Thomas Maria Alfani Ordin. Prædic.* Iſtoria degli Anni Santi, dal di loro ſolenne cominciamento, per fino a quello del Regnante Sommo Pontefice Benedetto XIII. *Edit. Neapoli A. Jubilei 1725. Aliique de Jubil. agentes.*

(2) *Alfanus Ibid. pag. 338.*

cærearum Imaginum Agni Dei numerum eo anno conſecravit, ut iis continendis capſæ ducentæ & quinquaginta neceſſariæ fuerint. Viri Sanctitatis fama inſignes, Carolus Borromæus, Philippus Nerius, & Felix a Cantalicio, ſe ſuoſque mores Populo magnopere probabant, & exemplo ad virtutem aliis prælucebant.

Plura pietatis argumenta dedit Clemens VIII. ſanctiſſimæ Trinitatis Hoſpitium ſingulari liberalitate adjuvit; Peregrinorum pedes altera tantum manu, chiragrâ alteram impediente, ſæpe abluit, ac terſit. Sexagies quatuor Baſilicas obivit. Scalam Sanctam denudatis imbecillis cruribus, & podagra cruciatis, aſcendit. Hebdomadâ, quæ Sancta dicitur, Majoris Pœnitentiarii Sedi inſidens, multorum Confeſſiones excepit. Feſto die Sanctiſſimi Corporis Chriſti ſolemnem ſupplicationem, in extrema ætate conſtitutus, pedibus habuit. Quamplurimis Dominici Corporis Sacramentum præbuit. Sacro Chriſmate nonnullos inunxit, alios ſacris Ordinibus initiavit, tercenta aureorum millia erogavit in pauperes. In his præclaris actionibus Cardinales imitatores habuit, præſertim Federicum Borromæum, Baronium, Sanctorium, Bellarminum, & Tarugium. Joannis Calvini hæreſiarchæ affinem, Romam profectum, & hæreticam impietatem deteſtatum, Clemens benigne ſuſcepit, liberaliter aluit, & Confirmationis Sacramento inſignivit. Hoc Jubilei anno, Andreas ab Auſtria, Diaconus Cardinalis, ſacræ Peregrinationi ſeſe commiſit; ignotus Romam acceſſit; quatuor Baſilicas aſpero ſacco indutus, Summo Religionis ſtudio adiit. (1) Tanti Principis pietas diù in Urbe latere non potuit. Pontifex, cum inſignem ejus animi demiſſionem perſpectam habuiſſet, effuſis lacrymis eum complexus eſt. Morbo deinde correptus, animam jam jam exalaturus, Sacrâ Euchariſtiâ a Clemente in ejus cubiculo Sacrum faciente, refectus eſt. Eruditos pioſque ſermones ad populum habuerunt, Franciſcus Maria Cardinalis Taruſius, Cæſar Baronius, & Robertus Bellarminus; quam Purpuratorum Patrum religioſam induſtriam Peregrini pro-

(1) *Victorellus de Jubileo par. 3.*

ni probarunt valdè, atque ſunt admirati. His virtutum exemplis tota Urbs excitata, mores ad pietatem compoſuit; unde contigit, ut quadraginta hæretici hæreſim abjurarint, & triginta Mahometani ad Chriſti fidem traducti ſint. Sacro hoc anno, ut Cardinalis Auguſtinus Valerius (1) memoriæ prodidit, Miſſæ celebratæ ſunt, in Baſilica S. Petri triginta octo millia. In Baſilica S. Pauli viginti duo millia. In Baſilica Lateranenſi viginti ſeptem millia. In Baſilica S. Mariæ Majoris decem & novem millia. Et in Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ hoſpitio conjuncta eſt, ſexdecim millia, & ſeptingenta.

Iiſdem fere eximiis pietatis exemplis præluxit Urbanus VIII. anno 1625. Statutas enim Eccleſias intimo religionis affectu triginta vicibus adivit. Xenodochium Sanctiſſimæ Trinitatis præſentia illuſtravit, ære plurimo juvit, nova ſupellectili auxit, peregrinorum pedes abluit, menſamque ſacravit. Scalam Sanctam intimo animi affectu conſcendit, & ſingulis ejus gradibus, pietate ſumma, oſcula præbuit. Euchariſtiam in Templo S. Petri quamplurimis diſtribuit. Plures Cardinales religioſa hæc officia ſibi propoſuerunt imitanda. Cardinalis Alexander Urſinus Baſilicas nudis pedibus luſtravit: cumque domeſtici bini ſecuti, preces maxima cum religione effundebant. Leopoldus Archidux Auſtriæ, germanus Ferdinandi III. Imperatoris Frater, cui Pontifex Euchariſtiam in Pontificio Sacello una ac ſuis Domeſticis præbuerat, pœnitentiæ habitu aſſumpto, cultuque aſpero uſus, ad ſacras Baſilicarum ædes, magna in Deum præditus pietate, tota Urbe tantæ virtutis admiratione captâ, ſe contulit, ſocio tantum ſibi adjuncto Sacerdote, qui ſibi erat a Confeſſionibus. Scalam Sanctam nudis genibus conſcendit, triginta Peregrinornm pedes abluit in Xenodochio Sanctiſſimæ Trinitatis, eiſque largam ſtipem, æquè ac pio loco elargitus eſt. Græcos, Scotos, Anglos, & Hibernas, hoſpitio, quod illis paraverat, ſingulari pietate & munificentia excepit Cardinalis Antonius Barberinus, Pontificis ex Fratre Nepos. Hu-

(1) *Auguſtinus Card. Valerius de Sacro Anno Jubilei A. 1600. pag. 97.*

Hujus Anni celebritatem auxit ſolemnis Ritus, quo Urbanus Sanctorum Catalogo aſcripſit B. Eliſabetham Portugalliæ Reginam, & in Beatorum numerum cooptavit Andream de Avellino, & Felicem de Cantalicio. Hoc itidem anno, Cappucinos in ædes, a ſe in Monte Pincio extructas, ſolemni ſupplicatione inſtituta, introduxit Pontifex, ſuiſque manibus primum lapidem jecit Templo ædibus adjuncto, mox excitando. Quatuor Lutherani nobili genere orti, & eruditione præſtantes, inſignis Calviniſta Vincentius Bajon, alterque vir nobilis, Marchionis Baden familiaris, Catholicam Fidem amplexi ſunt. Quatuor Turcæ Mahometicas ſuperſtitiones ejurarunt.

Religionis ac pietatis opera, quæ anno Jubileo ab Innocentio X. celebrato, urbs Roma confluentibus Peregrinis exhibuit, eoſque in admirationem rapuit, fuſo calamo enarrat Joannes Herneſtus Schmieden, (1) vir a Catholica quidem Religione extorris, ſed fidus Hiſtoricus rerum, quas Romæ admiratione captus, ſpectabat. Incredibilem Peregrinorum ad Urbem turmatim confluentium multitudinem, & publica ac ſpatioſa hoſpitia pro eis excipiendis opipare inſtructa in primis deſcribit: laudibus tum excipit præclara Summi Pontificis geſta, his verbis *Feria tertia* (Majoris Hebdomadæ) *Pontifex Xenodochium Xiſti, virtutum Chriſtianarum Officinam, & quod Prytanæum Chriſtianitatis elogio merito adpellares, ex more inviſere. Ibi Peregrinis notis, ignotiſque, noſcique nolentibus (nam viros Principes, Magnates, alios compertum eſt adfuiſſe indicio Eleemoſynarum, quæ civilem excedebant modum) univerſis, & ſingulis Altorem, Patrem ſe offerre, multis, ac promiſcue provolutus lavare pedes, lavatoſque (quod vidi, ſcribo) oſculari: cum cibabantur, adſtare menſæ, benedicere, miniſtrare, & huc quilibet accumbentium catillum, pateramque ſuam pio ambitu turmatim Papæ porrigere, quilibet invocare: nec quanto quanto illo cœnaculo, niſi infiniti ſtrepitus, & hæc vel millies millies repetita, Beatiſſimo, Beatiſſimo, exaudiebantur*. Addit, Pontificis exemplum,

(1) *Jo. Herneſtus de Schmieden Epiſt. de Jubil. Rhe A. 1650. ad Menardum Beaumont edit. Amſtelodami anno 1653.*

plum, Purpuratos Patres, alioſque Proceres ſecutos fuiſſe *à Quas ſubmittendi vices pariter egregie explere Cardinales, Principes, Proceres: & circa Sexum ſuum Excellentiſſimæ Fœminæ.* Sumptuoſiſſimas ſupplicationes recenſet, quæ majori Quadrageſimæ Hebdomada habebantur. Aſperum horridumque cultum, ac ſupplicia, quæ quis ad delictorum expiationem volens ſubibat, ob oculos ponit. *Intervenire, veſtitu ac ſquallore pœnitentium, Eminentiſſimi, Oratores, Principes, Præſules; plerique, ponderoſi in ſpeciem Crucibus, inſeri Chori hominum, dicam an Angelici? Denique lente incedere flagellantes, velato capite, pectus pedeſque nudi, ſtillante nonnumquam invito ſanguine, cruenti omnia tergo, ſcapulis, manibus.*

Tot pietatis exemplis Chriſtopharus Ranzovius excitatus, ad Catholicam venit Eccleſiam, ut ipſe (1) ingenue faſſus eſt in Epiſtola ad Georgium Calliſtum hæreticum = *Nam ubi tu, ait, ſuperſtitionibus, nugis, & novitatibus me offenſum iri exiſtimaſti, ibi inſperato planeque admirando ſpectaculo univerſa Catholicæ Eccleſiæ, facies, antiquæ pietatis ſanctitatiſque plena, oculis animoque meo ſeſe aperuit in ipſo Jubilei anno, quem Innocentius X. Pontifex Maximus Orbi Chriſtiano indixerat.* Frequentiam ad limina Apoſtolorum deſcribit, ipſumque Pontificem ad Baſilicas properantem, Epiſcoporum Corona circumfuſum, quem immenſa Fidelium turba ſequebatur, *eo animi ardore, ut Cœlum ipſum expugnaturi, manuque violenta direpturi viderentur: homines plerique omnes ſacco tantum & cilitio tecti, & ſcipione viatorio armati.* Ex his omnibus ſe certo perſpexiſſe ait, Eccleſiam etiam nunc vitali vigore Spiritus Sancti vegetari, & regi. Charitatis ſtudium erga Peregrinos commendat, quod Romæ nedum vigebat, ſed mirum in modum triumphare videbatur = *Tum vero perſpexi quanta pietatis æmulatione Peregrini ad Urbem confluentes, & publicis Eccleſiæ, & ſuæ quique Nationis privatis hoſpitiis excipiantur: ad hæc, quo ſtudio, curaque foveantur ægroti, quod fidem propemodum excedit.*

Con-

---

(1) *Chriſtopharus Ranzovius epiſt. ad Georgium Calliſtum edita Romæ An. 1651.*

Conſona his pietatis & charitatis exempla edita ſunt anno 1675., quo Clemens X. anno 1700., quo Innocentius XII., & Clemens XI.; ac tandem anno 1725., quo Benedictus XIII. Jubilei ſolemnitates egerunt.

Hæc ideo fuſiore oratione proſecutus ſum, ut cuiquam compertum exploratumque ſit, Romanæ Eccleſiæ, Jubilei ſolemnitatem agenti, præclara pietatis opera, & eximiam charitatem probari ac commendari; cum ibi omnes gentes, omneſque linguæ, unius fidei & charitatis vinculo, eo præcipue tempore ſocientur. Quàm longe diſtet Romanum a Lutherano Jubileo, hinc etiam noſcere facile eſt. Lutheranus Joannes Georgius Saxo Elector anno 1617. ſuum Jubileum indixit impie, quia tum annus centeſimus ab Lutheri apoſtaſia defluxerat; curavitque cudendam monetam auream, & argenteam cum hac Epigraphe: *Sæculum Lutheranum* 1617. At diſputationibus frivolis, & compotationibus illud fuiſſe celebratum, Brietius in Annalibus commemorat.

(*f*) *In ciò, che appartiene a Roma, già da Noi ſi ſon preſe alcune miſure*. Incredibile dictu eſt, quot & quanta Sanctiſſimus Dominus Noſter, non tam verbo docuit, quàm exemplo præſcripſit, ſive ad removenda ſcandala, ſive ad pietatem excitandam, ſive ad Eccleſiarum cultum priſtino ſplendori reſtituendum, ſive ad Annonæ inopiam reparandam, ſive ad publicas vias aperiendas, dirigendas, explanandas, ut Peregrinis Romam confluentibus itinera commodiora, atque omnia, tum ad pietatem opportuna, tum ad vitam neceſſaria, paratiſſima redderentur.

Die III. Martii hujus anni, prolixâ allocutione, habitâ in Conſiſtorio, Purpuratorum Patrum animos erexit ad augendam Dei gloriam, ſplendoremque Sedis Apoſtolicæ amplificandum, eos vehementer adhortans, ut Eccleſias, quas in Titulum vel in Patrocinium habent, aut quarum Archipresbyteri renunciati ſunt, aptent, exornent, in eumque ſtatum reſtituant, qui decet urbem Romam totius Orbis Caput, Sedemque Vicarii Chriſti. His verbis eo magis ſe affici atque inflam-

 mari

mari ſenſerunt Eminentiſſimi Patres, quò exploratum ſibi erat, Sanctiſſimum Dominum, Romanas Græcaſque moles æmulatum, plures ſacras Ædes, largo profuſo ære, ſua religione, ac munificentia reparaſſe.

In Baſilica Vaticana, admirabilis illa, totoque terrarum Orbe celeberrima Teſtudo, jure ac merito à populis omnibus ſingulare artis miraculum nuncupata, cum ruinæ periculum minaretur, periculo ſtatim occurrendum cenſuit, adſcitis vocatiſque in conſultationem peritiſſimis quibuſque rei mathematicæ, & Architecturæ magiſtris, & impenſis ad illius reparationem multis aureorum millibus.

In Baſilica S. Pauli muſivum Opus, vetuſtate pene deperditum, novis elegantioribus Teſſellis integre ferè reſtituit, Chori parietes, & Confeſſionis Altare refecit atque ornavit.

In Baſilica Liberiana, *exterioris* Templi frontem è fundamentis excitavit, labentem porticum reſtituit, communeſque Canonicorum ædes extruxit: *interioris* verò lacunar reparavit, pavimentum marmoribus ſtravit; columnas ad veram formam, novis capitibus impoſitis, redegit & expolivit: Plaſticum opus inauravit, exornavit Abſidem, Picturas refecit, Aram maximam excitavit, Chorum novis ſubſelliis inſtruxit: Totam denique Ædem antea inconditam, ad elegantem mirumque partium conſenſum revocavit.

In Baſilica Seſſoriana, Sanctiſſimæ Crucis titulo, inſigni, & a Lucio II. Bononienſi è fundamentis reſtaurata, Frontem, Porticum, Abſidem, Tholum extruxit, ornavit, amplificavit; viamque a Seſſoriana ad Lateranenſem Baſilicam, complanatis undique maceriis, aggeribuſque excitatis, ampliſſime aperuit.

Templum Sanctæ Mariæ Angelorum ad venuſtatem pictis Tabulis auxit; juſſitque, ut in elegantem formam, ac in eam, quæ viſitur, amplitudinem redigeretur.

Principem Aram Sancti Apollinaris Epiſcopi & Martyris in Germanorum & Hungarorum Collegio, a fundamentis excitatam magnificentiſſime exornavit: primoque lapide Pon-

tificia

ædificia manu impoſito, ſolemni Ritu dedicavit.

Templum Sancti Martini in Montibus labefactatum, collato ære, reparavit. Sacram deniquePontificii Sacelli ſupellectilem, temporis diuturnitate detritam, priſtino ſplendori & majeſtati reſtituit.

Quoniam vero S. Bernardus (1) contingere aliquando monet, *ut Eccleſiæ fulgeant in parietibus, & in pauperibus egeant; ut ſuos lapides induant auro, ejuſque filii nudi deſerantur*; etiamſi innumera ſint in hac Urbe pia loca, ad quamcumque Pauperum indigentiam ſublevandam deſtinata, & nullum deſiderari poſſit charitatis officium, quod hîc præſto non ſit; dilatare tamen cenſuit fimbrias ſuæ in Pauperes charitatis Benedictus XIV. Quamvis enim vetus S. Spiritus in Saxia Valetudinarium ampliſſimum ſit, juſſit tamen, pluribus de novo excitatis ædibus, ingentique ære collato, in immenſum, dixerim, amplificari: & tot ac tanta in illo ſunt, quæ vel conſtruxit, vel reparavit, vel perfecit, vel ornavit, ut vix aliud in Europa Valetudinarium, aut ſplendidius, aut magnificentius inveniri queat. Tot tantaſque regias Moles urbs Roma admirata, ſibi quidem gratulatur, Optimoque Principi plaudit; qui pauca ſibi, ſuis nihil, Eccleſiis & pauperibus omnia elargitur.

Menſium tandem ſpatium, quod ab Jubilei denunciatione ad ejus primordia jam intercurrit, otioſum abire non patitur Benedictus XIV. Aliam enim Epiſtolam Encyclicam (2) dedit ad Antiſtites omnes, *De Præparatione ad Annum Jubilei*; qua præcipuè nitideque declarat, quid Antiſtites, quid animarum Moderatores, quid ſacrarum Miſſionum miniſterio fungentes, quid denique alii, quibus morum cura concredita eſt, præſtare debeant, ut Fideles ad ſacrum Indulgentiarum Theſaurum percipiendum rite diſpoſiti accedant.

Et quia præcipuus apparatus ad peccatorum indulgentiam aſſequendam eſt *cor contritum & humiliatum*, hinc maxima ac

 to-

(1) *S. Bernard. Apolog. ad Gulielmum Abbatem.*

(2) *Epiſtola Encyclica de Præparatione ad Annum Jubilei, data ex Arce Caſtri Gandulphi die 16 Junii 1749.*

tota, dixerim, Sanctiſſimi Patris cura & ſollicitudo in eo fuit; ut omnium animi à culpis expiati, veterem hominem expoliarent, praviſque anteactæ vitæ moribus omnino rejectis, novum, qui in Chriſto eſt, induerent, novumque ſpiritum ſibi compararent, & moribus ad Chriſtianæ pietatis regulas informatis, non tam Urbs, quam Populus ſanctus foret, atque ad ſanctitatem reliquos excitaret. Provido perinde laudabilique conſilio ſacras Miſſiones in tribus publicis, iiſque ampliſſimis, almæ Urbis locis inſtituit. Divini verbi præconem agit F. Leonardus e Portu Mauritio, ſtrictioris Obſervantiæ S. Franciſci è Sacro Romano Receſſu S. Bonaventuræ, vir ob ſeveram vitæ rationem, cultumque aſperum, ob morum integritatem, divini cultus promovendi ſtudium, ac diuturnum Apoſtolici Miſſionarii munus, noſtra hac ætate clariſſimus, qui Apoſtolico abreptus zelo in ſæculi corruptelas, quæ longe lateque graſſantur, ſumma animi contentione, ac vehementi copioſoque dicendi genere inſurgit; Iſaiæ (1) monitu excitatus = *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia Populo meo ſcelera eorum*. Sacras has Miſſiones Pontificia præſentia decoravit Benedictus XIV. tanto, cum omnium lacrymis, teneriſque pietatis ſenſibus, gaudio atque plauſu, ut ad exemplum Sanctiſſimi Patris, Romani omnes Proceres, Præſules, & Cardinales excitati, ad ſexaginta & ultra millia hominum iiſdem ſacris Miſſionibus in Platea Agonali menſe Julii, quo hæc ſcribimus, intereſſe videantur. Et quod mirum eſt, atque a ſæculo fere inauditum, eo cum ſilentio, modeſtia, pietate, frequentia, ac divini verbi percipiendi aviditate, ut per ſeptem & ultra horas, ſtantes & immobiles perſeverent, non æſtivis igneiſque coloribus, non incredibili omnium Ordinum & omnium ætatum turba atque copia, non reliquis iiſque graviſſimis ſive loci ſive temporis incommodis revocati, aut pertæſi; ita ut divini verbi ſemen in terram bonam cadere, fructum centuplum afferre, ſanctiſſimumque Patrem votorum

curam.

(1) *Iſaia cap. 58.*

curam ; & laborum ſuorum ſummam adeptum eſſe , nemo unus aut inficitur , aut dubitet.

(g) *Abbiamo biſogno del di lei zelo*. In Epiſcoporum curam transfert BENEDICTUS XIV. deducendi in opus, quæ in hac Epiſtola præſcribit. Ut nimirum Eccleſiarum decorem, & Eccleſiaſticæ Muſicæ diſciplinam ſuæ formæ reſtituant. Utrumque ſummopere optabat Carolus Magnus. Antiſtites enim Eccleſiarum, quos *clariſſima Mundi lumina* vocat, vehementer adhortatur, ut diligenti ſolertique cura cultui Templorum , rectæque Pſalmodiæ animum adjiciant. Quarto enim Capite Noviomagenſis Capituli editi anno 806., dum Carolus Noviomagii ad Wahalim verſabatur, cautum eſt, *ut Miſſi Dominici per ſingulas civitates, & Monaſteria virorum, ac puellarum inquirant, de ornamentis Eccleſiarum, an refecta ſint, & de converſatione ſingulorum, & de lectione & cantu, an eo modo ſerventur, quo præcedenti Capitulari ſancitum eſt*. Vides Miſſos Dominicos deſignatos, qui ſingulas civitates obeuntes , Templorum ſtatum inſpicerent, & Cantus Eccleſiaſtici abuſus emendarent.

(h) *In ciò che appartiene alla Città, e Dioceſi, che da lei è lodevolmente governata*. Qua ratione religioſo Eccleſiarum cultui conſulendum, & Eccleſiaſticæ Muſicæ diſciplina reparanda ſit in Urbe, Edictorum promulgatorum ſanctionibus declaravit Pontifex. Nunc Epiſcopos Ditionis Eccleſiaſticæ monet, ut in ſuis Diœceſibus idem ſolerti cura, & diligentia præſtent. Hac agendi ratione uſus eſt Sanctus Gregorius Magnus, qui pravas conſuetudines, contra priſcam Apoſtolorum traditionem inductas, a Romana primum Eccleſia, deinde ab aliis ablegavit. Cantui etiam Eccleſiaſtico Romæ in primis modum poſuit, tum in aliis Eccleſiis eamdem diſciplinam reſtituit. A Romana enim in cæteras Orbis Eccleſias recta ſacri Cantus ratio effluxit, teſte Joanne Diacono. (1)

§. II.

(1) *Joannes Diaconus in Vita S. Gregori M. lib. 2. Extat ap. Bolland. to. 2. Martii ad diem XIII.*

§ II.

MA, venendo al particolare, la prima coſa, che le inculchiamo, ſi è, che le Chieſe ſi ritrovino in buono ſtato, (*a*) pulite, monde, e proviſte di ſacri arredi: volendovi poco a capire, che vedendoſi (*b*) dai foreſtieri le Chieſe delle Città e Dioceſi dello Stato Eccleſiaſtico in cattivo ſtato, ſporche, o ſproviſte di ſacri arredi, o proviſte di arredi laceri, e degni d' eſſer ſoſpeſi, ritornerebbero ai loro paeſi, pieni d' orrore, e di mal talento. Avvertaſi, che non parliamo della ſuntuoſità e della magnificenza de' ſacri Tempj, nè della preziosità delle ſacre ſuppellettili; ſapendo ancor Noi, che ſimili coſe non ſi poſſono avere da per tutto. Abbiamo parlato della decenza e della pulizia, da cui non v' è chi poſſa eſentarſi, eſſendo la decenza e la pulizia compatibili anche colla povertà: per lo che la ſanta memoria di Benedetto XIII. noſtro Benefattore, e che ſi ſa quanto ha travagliato in tempo di vita ſua per la retta diſciplina, e per la decenza delle Chieſe, era ſolito di portare al noſtro propoſito l'eſempio delle Chieſe de' Padri Cappuccini povere dell' ultima povertà, e pulite dell' ultima pulizia. Il Drexellio *al tom.* 17. delle ſue Opere ſtampate in Monaco, nel ſuo Trattato intitolato *Gazophylacium Chriſti, part.* 2. *cap.* 2. *pag.* 153. così ſcrive; *Primum ac potiſſimum, quod Templis debetur, eſt mundities. Non*

tan-

tantùm adſint, quæ in uſus ſacros neceſſaria, ſed etiam, quantum fieri poteſt, mundiſſima ſint: e con tutta ragione inveiſce contra quelli, che hanno le loro caſe ben finite, e laſciano le Chieſe e gli Altari nello ſtato miſerabile, in cui ſi veggono: *Sunt etiam qui domus habent inſtructiſſimas ac ornatiſſimas: in eorum Templis aut Sacellis ſquallent omnia: Aræ a frontalibus nudæ vix laceris ac ſordidis pannis inſternuntur: in cæteris omnibus confuſio & ſquallor*. Il gran Padre S. Girolamo (c) che nella ſua lettera a Demetriade ſi moſtrò aſſai indifferente ſopra il punto della gran ricchezza delle Chieſe: *Alii ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita, pretioſum ornatum non ſentientia, ebore argentoque valvas, & gemmis aurata diſtinguant Altaria, non reprehendo, non abnuo: unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet; meliuſque eſt hoc facere, quàm repoſitis opibus incubare*: laſciò la ſua tal quale indifferenza, quando parlò della pulizia delle Chieſe; avendo coi dovuti encomj celebrato il ſuo Nepoziano, per eſſere ſtato eſſo ſempre attento a tener pulite le Chieſe e gli Altari, come ſi vede nell' epitaffio del detto Nepoziano, che il Santo ſcriſſe ad Eliodoro: *Erat ergo ſollicitus, ſi niteret Altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pavimenta terſa, ſi janitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta, & in omnes ceremonias pia ſollicitudo diſpoſita, non minus, non majus negligebat officium*. COM-

COMMENTARIUS.

(a) *CHe le Chieſe ſi ritrovino in buono ſtato, pulite, monde, e proviſte di ſacri arredi*. Poſtquam Summus Pontifex exemplo ſuo ſatis docuit, verbo monet Epiſcopos, & inflammat: cæpit enim, ad inſtar Divini Præceptoris, prius facere, nunc docere. Quantam olim curam habuerint piæ religionis Antiſtites & Presbyteri, ut Eccleſiaſtica ſupellex, omniſque nivinarum Ædium apparatus ad elegantiam & majeſtatem eniderer, ut ubique mundities & nitor explendeſceret, Creſſolius (1) S.J. Theologus, multiplici eruditione demonſtrat. Sanctus Paulinus, (2) Nolanæ Eccleſiæ decus, piorum locorum ornamentum tanto ſtudio proſequebatur, ut in partem eximiæ felicitatis poneret, ſi labore ſuo Templis mundities conciliari poſſet. Magnum Baſilium, Presbyteratus tantùm ordine inſignitum, ſtudioſiſſime curaſſe *εὐκοσμίαν τοῦ βήματος Sacrarii decorem*, auctor eſt Nazianzenus (3). Epiſcopis Gallis peculiare fuit ornatûs Eccleſiarum ſtudium. Suas Diœceſes luſtrantes, religioſam animi ſui voluntatem in eo intendebant, ut in Domo Dei decora eſſent omnia. Capitulari enim Aquiſgranenſi (4) edito anno 789. curare jubentur: *Ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem, ſimul & Altaria ſecundum ſuam Dignitatem venerentur: & non ſit Domus Dei, & Altaria pervia canibus, & ut vaſa ſacrata Deo cum magna veneratione habeantur, & ut ſecularia negotia vel vaniloquia in Eccleſiis non agantur*.

(b) *Vedendoſi dai Foraſtieri le Chieſe dello ſtato Eccleſiaſtico in cattivo ſtato, ſporche &c. ritornarebbero ai loro Paeſi, pieni di orrore, e di mal talento*. Qui Romam, qui tot alias adeat Italici Regni præclaras civitates, vix aliquid, ni fallor, obvium habebit, quod vitioſæ pietatis in propatulo inverecundam faciem gerat. Ita celebris Ludovicus Muratorius (5) de Ita-

(1) *Creſſolius Myſtag. lib. 1. cap. 20. De munditia & decore in Sacris Templis.*
(2) *S. Paulin. de S. Felicis nat. lib. 2.*
(3) *S. Gregor. Nazianz. orat. 20.*
(4) *Capitulare Aquiſgr. an. 789. cap. 71.*
(5) *Muratorius de navis in Religionem incurrentibus pag. 145.*

Italorum pietate nuper conſcripſit. Bene itaque de nobis ſentiunt exterę Gentes ob vulgatiſſimam Italiæ noſtræ pietatem ac munificentiam in Templorum nitore amplificando. Quid ſi minueret præſentia famam? Contingere ſane facile poteſt, ut exiſtimatione noſtra excidamus, ſi exteri populi forte videant collabentes & fuliginoſos Eccleſiarum parietes, perfluentia tecta, ſubrutas prope Aras, mancas mutilaſque Divorum Imagines, vela vetuſtate corroſa, pavimentum vix ſtratum lapide plenumque ſordibus, Altaria pulvere & ſquallore obſita, ſine vitro ſpecularia, ſine conopæo Ciboria: omnia denique fæda & deformia, & ad indignam illuviem ruentia. Numquid orationis Domus ejuſmodi Templa dicenda ſunt; quæ cum nihil contineant, quod alat foveatque pietatem, plurima intuentium oculis objiciunt, quæ eorum animos a fundendis precibus, cultuque divino avertunt?

(*c*) *Il Gran Padre S. Girolamo, che nella lettera a Demetriade ſi moſtrò aſſai indifferente ſopra il punto della gran ricchezza delle Chieſe &c.* Decori Templorum præferenda eſſe commoda, quæ mortalium calamitates depellunt, hæretici effutiunt, ſubdola charitatis in pauperes ſpecie Chriſtifideles à colendis Templis ſtudentes avertere. Ita in hanc rem Eraſmus (1): *Verum nonnunquam ſerio mihi venit in mentem, quo colore poſſint excuſari a crimine, qui tantum opum inſumunt Templis extruendis, ornandis, locupletandis, ut nullus omnino ſit modus. Quorſum attinent tot baptiſteria, candelabra, tot ſtatuæ aureæ? Quorſum Organorum immenſi ſumptus? quorſum ille muſicus tinnitus magno cenſu conducendus? cum interim fratres, & ſorores noſtræ, vivaque Chriſti templa, fame contabeſcant.* Eadem fere repetit in Dialogo, cui Titulus: *Convivium Religioſorum*. At ſuo liberius indulſit genio Eraſmus, cum res thelogicas tractavit; & quòd mollius cum Luthero aliiſque hæreticis egerit, in fide ambiguus pleriſque viſus eſt. Quo plures edidit libros, eo frequentiores cumulavit errores: *Major utique futurus*, ut de

D ipſo

(1) *Eraſmus de Peregrinat. apud Albertum Pium Carpenſem de Ornatu Templorum lib. 7.*

ipſo ajebat Scaliger, *ſi minor eſſe voluiſſet*. Qui hos animi ſenſus produnt in re, de qua agimus, ſceleſtiſſimum Judam habent auctorem. Conſtat enim, eum increpaſſe Magdalenam pio Domini amore ſuccenſam, quæ unguentum pretioſum, quod trecentis denariis vendi poterat, & dari pauperibus, in caput pedeſque Domini effundebat. Judæ mens erat, avaritiam & odium in Chriſtum Dominum conceptum ſpecie erogationis in pauperes occultare; ſimulatione virtutis vitium tegere. At Dominus non Judæ, ſed Mariæ ſententiam probavit. Paupertatem etiam ſemel iterumque multis in locis Evangelii commendavit, eamque omnibus imitandam propoſuit, ut ſuis quiſque rebus ſtrictius utatur, at non eo conſilio, ne quid Deo offerat, vel ut quæ offert, ſint præ cæteris vilia & abjecta. Cum Judæorum crimina effuſe reprehendit, Templi ornatum, ingenteſque ſumptus in ejus cultum impenſos, numquam redarguiſſe legitur. Oblata in Gazophylacium, quæ utique in divini cultus ornatum præſtabantur, non rejicienda cenſuit, ſed pauperem viduam, totam licèt admodum exiguam, ſuam ſubſtantiam in illud effundentem, commendavit. Ad hæc, ſi in Pauperum uſum vertenda eſſent munera, quæ Deo offeruntur, non ideo egeſtas a populo depelleretur, aut mendicorum frequentia ceſſaret. Perpetuo Eccleſia habuit pauperes,& habebit. Poſtquam Religio Chriſtiana condita eſt, ejuſque leges & inſtituta inter homines recepta ſunt; templa perquam magnifice conſtrui, immenſique pretii munera illis exhiberi ceperunt; nec propterea ſunt effecti magis egeni mortales,quàm antea fuiſſent: quinimmo largiores eleemoſynæ contributæ religioſam in pauperes liberalitatem longe nunc majorem, quàm ante Apoſtolorum ætatem, prædicant tot Xenodochia, Noſocomia, Orphanotrophia, aliaque hujus generis Receptacula, ad levandas anguſtias, in quas miſerrimi homines conjecti ſunt, extructa. His ſi addas tot nubilium Puellarum ſubſidia, aliaſque privatas & publicas eleemoſynas, quas piorum virorum, locorumque religio in dies ſingulos effundit, in eos, qui rerum omnium penuriâ premuntur, recte colliges, non modo nihil detractum eſſe pauperibus

ob

Digitized by Google

ob Templorum extructionem & ornamenta, ſed a Chriſtianæ Religionis exordio commodiorem illis contigiſſe fortunam, diſertiſſime contra Eraſmum ſcribit Albertus Pius Carpenſis. (1) Longo enim argumentorum apparatu probat, eleemoſynam nequaquam præferendam, ſed longe poſthabendam eſſe his, quæ ad Latriæ cultum pertinent, ſummoque Deo præſtantur, præterquam ſi videas pauperem fame pereuntem, ita ut niſi ei ſubvenias, animam mox exalet: par enim eſt, ut tunc potius occurras pauperi periclitanti, quàm Altari vas aureum offerre. At raro evenit, inquit laudatus Auctor, pauperem videre extrema inedia laborantem, ſed potius præſumptiva quadam exiſtimatione id judicatur. Utinam noſtris temporibus tantus eſſet in extruendis atque ornandis Templis, Fidelium ardor, & ſtudium, ut modus foret deſiderandus! Oppoſitum plerumque accidit. *Hoc enim tempore*, (ſic laudatus Albertus (2) id ipſum deplorat) *proh dolor! tantum ejuſmodi ſtudium, tantum illa pietas refrixit, ut pauciſſimi ſint, vel nulli, qui nova Templa conſtruant, exornent, aut muneribus precioſis locupletent: verùm potiùs alio ſæculo conſtructa & ornata, nunc corruunt, aut vix reparantur. Quiſnam, quæſo, ut non tantum de profanis dicam, Sacerdotum, aut Antiſtitum hoc tempore huic rei ſtudet, ut par eſt? Cum tamen interim ex cenſu eccleſiaſtico arces, palatia, villas, hortos, ferarumque ſepta diligentiſſime ad ſuum commodum & voluptatem conſtruant: de Eccleſia autem exornanda aut extruenda, aut nulla aut ultima fiat quæſtio? Quis præterea Principum, quiſve Regum, nunc Templa aut Monaſteria extruit, dotat, aut exornat, eorum opulentiæ, aut magnitudini condigne?*

Quod ſi Eraſmus ad ſuam ſententiam confirmandam Hieronymi teſtimonio hîc laudato: *Alii ædificant Eccleſias &c.* male utitur, appoſite reſpondet Marianus Victorius: *Non vituperat ſimpliciter Hieronymus, ut obgannit Eraſmus, Eccleſiarum ſacellorumque ſubſtructiones; ſed eleemoſynas in viva Chriſti Templa magis commendat.*

 Hæc

(1) *Albertus Pius Carpenſis lib. 7. de Ornatu Templorum, cap. 5.*
(2) *Ibidem.*

Hæc adverſus illos dicta velim, qui cenſura inurunt conſtruentes & ornantes Templa. Non me latet, ex catholicis piiſque viris eſſe multos, quibus eleemoſynæ in pauperes magis probantur, quàm Eccleſiarum ornamenta. Quid in hac quæſtione ſentiendum ſit, mei officii partes non ſunt, definire. Cl. vir Ludovicus Antonius Muratori (1), omnigena eruditione & doctrina Orbi notiſſimus, religioſam in pauperes liberalitatem, & cultum Templorum ſuis finibus circumſcribit; eumque modum deſignat, quo quis utrique charitatis generi, in Deum, & in homines, ex ſanctiſſimorum Patrum & Conciliorum mente recte perpenſa, facere ſatis poſſit.

§. III.

LA ſeconda coſa, ſopra cui eccitiamo la di lei attenzione, ſi è, che le Ore Canoniche ſiano cantate o recitate, (*a*) giuſta ciò che porta la pratica di ciaſcheduna Chieſa, nel Coro, ma a dovere, da quelli che ſono ad eſſo obbligati: non eſſendovi coſa più indicante la totale ruina dell' Eccleſiaſtica diſciplina, (*b*) che l'entrar nelle Chieſe, e vedere e ſentire le Ore Canoniche cantate o recitate nel Coro con iſtrapazzo. Ella ben ſa l' obbligo che hanno i Canonici (*c*) e gli addetti al ſervizio delle Chieſe Metropolitane, Cattedrali, o Collegiate, di cantare ogni giorno le Ore Canoniche nel Coro, e che a queſt' obbligo non ſi ſoddisfa, (*d*) ſe il tutto non ſi adempie con tutta la divozione. Il Pontefice Innocenzo III. nel Concilio Lateranenſe, riferito *nel Cap.*

(1) *Muratori Trattato della Carità Criſtiana cap. 8. Agit etiam de hoc argumento Vanespen Jur. Eccleſ. Par. 2. tit. 36. cap. 4.*

Cap. Dolentes, de Celebratione Miſſarum, parla del ſopraddetto obbligo ne' termini accennati: *Diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ, ut Divinum Officium, nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, ſtudiosè celebrent pariter & devotè*: ove la Chioſa, ſpiegando la parola *ſtudiosè*, così ſoggiugne: *Quantum ad officium oris, id eſt, ſine ſyncopa*: e ſopra la parola *devotè*, (*e*) così pure ſoggiugne: *Quantum ad officium cordis*. Il Pontefice Clemente V. nel Concilio Viennenſe nella ſua Coſtituzione riferita nelle Clementine, in quella che incomincia *Gravi*, ſotto il titolo *de Celebrat. Miſſar.* parla con lo ſteſſo linguaggio: *Ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis, horis debitis devotè pſallatur*. Ed il Concilio di Trento *nel cap.* 12. *della Seſſ.* 24. *de Reformatione*, trattando degli obblighi de' Canonici Secolari, così dice: *Omnes verò divina per ſe, & non per ſubſtitutos, compellantur obire Officia; & Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, aſſiſtere & inſervire, atque in Choro ad pſallendum inſtituto hymnis & canticis Dei nomen reverenter, diſtinctè, devotèque laudare*. Dal che deriva, doverſi con molta attenzione invigilare, che il canto non ſia precipitoſo (*f*), che ſi facciano le fermate ne' luoghi ſegnati, (*g*) che una parte del Coro non incominci il verſetto del Salmo, ſe l' altra parte non ha terminato il ſuo: *Nec prius Pſalmi una pars Chori verſiculum incipiat, quàm ex altera præce-*

dentes Pſalmi & verſiculi finiantur: ſono parole del Concilio Salmurienſe *dell' anno* 1253. che il canto ſia regolato con voci uniſone, (*b*) e che il Coro ſia retto da perſone perite nel canto fermo (*i*). Queſto è quel canto, per regolare il quale tanto faticò (*l*) S. Gregorio il Grande, come atteſta Giovanni Diacono (*m*) nella di lui Vita *al lib.* 2. *cap.* 7. Al che non ſarebbe difficile l'aggiungere molte belle notizie ricavate dall' Eccleſiaſtica erudizione ſopra l'antica Scuola de' Cantori (*n*), e ſopra il Primicerio che ad eſſa preſiedeva. Queſto è quel canto che eccita alla divozione (*o*). E queſto finalmente è quello, che, bene regolato, nelle Chieſe piace aſſai più alle perſone divote, del canto figurato: e queſto è quello, che i Monaci hanno imparato dai Preti Secolari (*p*), e che bene adoprato da eſſi, e negligentato dagli altri, è la potiſſima cauſa, per cui ſono dal popolo più frequentate le Chieſe de' Regolari, che quelle de' Secolari, come ben riflette Giacomo Eveillon nel ſuo Trattato *De recta ratione pſallendi al cap.* 9. *art.* 9. *pag.* 99.: *Sordeſcit quippe ſanctis auribus omnis muſici concentus titillatio præ hac plani cantus & ſimplicis Pſalmodiæ armonia, ſi recta fuerit. Atque eo fit, ut, relictis hodie Eccleſiis Collegiatis & Parochialibus, tam libenter & avidè concurrat populus fidelis ad Eccleſias Monachorum, qui magiſtram habentes in colendo Deo pietatem, ſanctè, moderatè, &, ut Pſalmiſtarum Princeps olim dixit, ſapienter pſal-*

lunt,

Digitized by Google

lunt, & Domino ſuo, ùt Domino & Deo, cum ſumma reverentia famulantur. Quod ſanè pudori debet eſſe Eccleſiis primariis & majoribus, a quibus Monachi & canendi & pſallendi artem omnem ac regulam didicerunt. E però il ſacro Concilio di Trento, che nulla tralaſciò di quanto poteva cooperare alla riforma del Clero, *nel cap.* 18. *della ſeſſ.* 23. *de Reformatione*, ove parla dell'iſtituzione de' Seminarj, fra le altre coſe, che preſcrive doverſi inſegnare a i Chierici Seminariſti, annovera (q) ancor quella del canto: *Ut verò in diſciplina Eccleſiaſtica commodiùs inſtituantur, Tonſura ſtatim, atque habitu Clericali ſemper utentur, Grammatices, Cantus, Computi Eccleſiaſtici, aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcent.*

COMMENTARIVS.

(a) L*E Ore Canoniche ſiano cantate ò recitate giuſta ciò, che porta la prattica di ciaſcheduna Chieſa, nel Coro, ma a dovere.* Ut Canonici divina perſolventes Officia, in ſuo munere obeundo præclare ſe gerant, ſatis non eſt, ut quavis ratione Choro ſe ſiſtant. Niſi convenienti & religioſo modo interſint, officii ſui partes, ut par eſt, non implent. Hujuſmodi ſunt, qui ſuis ſedibus otioſi verſantur, dormiunt, confabulantur, nec pſallunt cum cæteris, curſitant per Eccleſiam, vagantur, aut alio quovis modo nugantur. De ſingulis his vitiis agendum breviter eſt, ut grave illud verbum *a dovere* expendamus.

In Canonicos modeſtiæ limites prætergreſſos acriter commovetur Præſul quidam anonymus (1), religione, & ſcientia, ut

(1). *Ex M. S. Vaticano numero* 4177. *edidit Raynaldus ad annum* 1311. *num.* 65.

ut videtur, conſpicuus, a Clemente V. conſultus de rebus in Concilio Viennenſi, ad reſtituendam priſtino ſplendori diſciplinam, decernendis. In ſingulos articulos ſuam ſententiam prodit. Cum de ſolemni divinorum recitatione agit, totus eſt in enarrando & redarguendo incompoſitum Canonicorum ſui temporis modum: *quorum aliqui in Choro exiſtentes, non vacant Pſalmodiis, ſed bini & trini confabulantur verbis inanibus, riſibus, & cachinnis; & rumoribus recitandis ſe irreverenter occupantes, divinum ſervitium cum multorum ſcandalo impediunt, & perturbant*. Ad evellendos ejuſmodi abuſus, ac reſtituendam Canonicorum gravitatem in Choro, quam loci & officii ratio poſtulat, mirum, quantum ſtudii poſuerunt duo Concilia Provincialia, Sveſſionenſe celebratum anno 1455., & Senonenſe habitum anno 1485. Ad ſuam ſententiam confirmandam plura Capitula tranſcripſerunt ex Concilii Baſileenſis Seſſione 21., qua divinorum Officiorum recitationi modus ponitur; & Canonici per Eccleſiam vagantes coercentur. Quin etiam mores Canonicorum, licentiùs agentium in Choro, Aquenſe Concilium, anno 1585. celebratum, enarrat: ſeveriſſime animadvertit in eos, qui quidquam admittunt ſacro loco, ſuoque munere indignum. Statuit proinde, ut in Choro Clerus non vagetur oculis: incompoſito corporis ſitu non ſtet vel ſedeat: non moveatur huc illucque: non circumambulet: non ſint invicem colloquia: non flores in manu teneat: non legat aliud in Choro præterquam Officium, quod tunc cantatur. Notanda hæc poſtrema Canonis verba. Nam aliis etiam in Conciliis cautum eſt, ne Canonici, quum publico ritu preces cantantur, privatim Officium recitent; *alioquin obſequium, quo obnoxii ſunt, Choro ſubtrahunt*. Ita Moguntinum (1), & Trevirenſe II. utrumque celebratum anno 1549.

Aliud vitium in Canonicis deprehendit laudatus Præſul anonymus, quod nempè lucri dumtaxat cupiditate ad divina trahantur Officia. Admiratione enim corripitur, nonnullos ex illis

(1) *Concil. Moguntinum Can. 53. Concil. Trevirenſe II. Can. 6.*

Digitized by Google

illis, eo tantum tempore Pſalmis recitandis intereſſe, quo pecuniaria pœna abſentibus inflicta eſt. Hoc argumentum, quod late excurrere poſſem, cum ab inſtituti mei ratione prorſus alienum videatur, tacitus præteribo.

Munus ſuum produnt etiam Canonici & Beneficiarii, qui majores minoreſve Officii partes integre non recitant, vel ſingula verba non pronunciant: idque vel lethale peccatum eſt, vel ad minus, irreligioſum. Conſulendi Auctores de re morali agentes. Colonienſis Synodus (1) anni 1536. acerbius invehitur in Canonicos, cæteris pſallentibus, muta labia tenentes. Eos penitus aberrare ait, qui Canonicatum exiſtimant adeptum non alicujus Officii in Eccleſia exercendi, ſed quietis & inertiæ causâ, *perindeque ac ſatis ſit, paucis quibuſdam Clericis, admodum ignaris, tenui pretio conductis, curam divini Officii committi; quod deinde ejuſmodi mercenarii ſyncopando tranſcurrunt, interim Canonicis tota vita torpentibus*. Inter cætera ſaluberrima Statuta, quæ Seſſ. 21. Concilii Baſileenſis edita ſunt, ad Canonicorum diſciplinam ſpectantia, hoc etiam habetur, quod Canonici, pſallendi cauſa in Eccleſia convenientes, juncta & clauſa labia tenere non debeant; ſed in hymnis & canticis Deo alacriter modulari. Hac de cauſa Mexicanum Concilium (2) anno 1585. ſtatuit, Tabellam in Choro exponendam eſſe, quâ, quid in ſingulos dies recitandum canendumque ſit, Canonicorum & Beneficiatorum oculis objiciatur. Juſtinianus Imperator (3) Clericos ad canendum per ſe ipſos urget; ne in Eccleſiaſticis proventibus percipiendis, non autem in miniſterio exhibendo, Clerici eſſe videantur. Nimirum pii Fideles Eccleſiis bona ſua largiti non ſunt, ut vani homines inter divinas Laudes otientur, ſed ut munus ſuum circa divina officia recte adimpleant. Demum his omnibus accedit, quod pro ſua ſingulari ſapientia noviſſime ſtatuit Sanctiſſimus Dominus Noſter in quadam ſua Conſtitutione (4), quâ receptæ in Eccleſia diſciplinæ contrariam eorum opinionem declaravit, qui cenſent, pſallentibus

E Bene-

(1) *Synodus Colonienſis A.* 1536. *par.* 3. *cap.* 5.
(2) *Concilium Mexicanum A.* 1585. *cap.* 5. §. 1.
(3) *L. omnem* 42 *C. de Epiſc. & cleric.* §. 10.
(4) *Conſtitut.* BENEDICTI XIV. *die* 19. *Auguſti* 1744. *n.* XXV.

Beneficiariis aut Manſionariis non teneri vocem ſuam adjungere Canonicos in choro præſentes. Qui ad Horas Canonicas præcipites feruntur, & dimidiata verba pronunciant, vel integra tranſiliunt, nec recte ſuo munere fungi, cenſet Navarrus (1). Sanctus Bernardus (2) monet ſuos Fratres, ut *pure, ſemper, ac ſtrenue* divinis interſint Laudibus, *non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes.*

Ad extremum, Sancti Patres & Concilia uno ore conveniunt, urgentque Cantores, ut mores ſuos cantui conforment, ut vita voci reſpondeat; ne contingat, divinorum verborum ſymphoniam effrenata vivendi licentia turpiter lædi. Euſebius Cæſarienſis (3) totus eſt in enarrandis divinæ Pſalmodiæ laudibus, ejuſque vi & utilitate commendanda. Hanc Cantores affluenter percipere poſſe ait, *εἰ βίος εἴη καθαρός, ſi eis vita ſit pura*. Hinc Carthaginenſe Concilium IV. (4) anno 398., perpendens, quàm gravia ſint ſcandala, quæ ex pravis canentium in Eccleſia moribus occurrere ſolent, præſcribit Presbytero, ut cum Cantori munus in divinis Officiis obeundum commendat, ejus auribus hæc gravia verba inſonet: *Vide, ut quod ore cantes, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobes.* Ubi notare par eſt, ſolius Pſalmiſtæ partes tunc fuiſſe Officium cantare; ſivè quòd ſolus ipſe caneret, ut moris erat in nonnullis Cænobiis; ſive quòd ipſe incipiens, cæteris præiret, populique & Cleri cantum moderaretur. Sanctus Auguſtinus (5) auditorum animos, ut ſæpe ſolet, ad canendum incendens, ad recte etiam beateque vivendum excitat atque impellit: *Cantate vocibus* (inquit) *cantate cordibus: cantate oribus, cantate moribus: cantet canticum novum non lingua, ſed vita.* Et alibi (6): *Canta ore, pſalle operibus.* Alio loco (7) ſic docet: *Cantat Deo, qui vivit Deo: pſallit nomini ejus, qui operatur in gloriam ejus.* Eodem per-

(1) *Navarrus in Enchirid. cap. 25.* (2) *S. Bernard. in Cantic. Serm. 47.*
(3) *Euſeb. Cæſarienſ. in Commen. ad pſ. 103. edit. a Montfaucon.*
(4) *Concil. Carthagin. IV. A. 398. Can. 10.*
(5) *S. Auguſtin. Enarrat. in pſ. 32.*
(6) *Id. in pſ. 91.* (7) *Id. in pſ. 67.*

pertinent, quæ habet in *Pſalmum* 119. (1) ubi ſemel iterumque Cantores allocutus, hortamenta ad rectam vitam ducendam ingeminat, ut bene vivendo, bene etiam cantaſſe deprehendantur. *Non poteritis probare*, (inquit), *quam vera cantetis, niſi coeperitis facere, quod cantatis*. Ad Sanctum Joannem Chryſoſtomum (2) accedo, qui cùm pluribus in locis, tum maxime in Epiſtola ad Romanos clamat ad Populum ψάλλωμεν τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ᾠδήν: *pſallamus canticum per opera*. Urget hac Homelia Cantores, omnique ope hortatur, ne cantui per opera repugnent. Nihil veritati magis accedit, quàm quod divinorum Eloquiorum cantus ex corde ſordibus pleno, & à profana lingua non recte proferatur. Contra verò, qui puro corde, menteque recta pſallit, licèt malam vocem, aſperumque ſonum edat, dulcis apud Deum Cantator eſt, inquit S. Hieronymus. (3)

Quod quidem bene vivendi præceptum cum omnes, qui divina celebrant Eloquia, æque comprehendat; potiori tamen jure eos obſtrictos tenet, qui ex publico inſtituto, Eccleſiæ & Chriſtianorum nomineRei ſacrę dant operam,ſuiſque precationibus peccatorum veniam populo poſtulant a Deo. *Quantæ hoc audaciæ eſt,quod apud Deum pro populo locum Interceſſoris obtineo,cui me familiarem eſſe per vitæ meritum non agnoſco*? ità S. Gregorius Magnus (4). Conſtat autem,homines ſacros, deprecatores ſe prebereDeo pro humano genere;eorumquePſalmodiam publicarum precum locum tenere, quæ proinde peculiare poſtulat vitæ inſtitutum. *Quod enim publica lege celebratur*, (ſcribit S. Leo Magnus (5)) *hoc habet privilegium, quod ſacratius ſit, quàm quod privata inſtitutione dependitur*. Explicari ſatis non poteſt, quantum allaboraverint Patres Concilii Aquiſgranenſis anni 811. ad Cantorum mores emendandos. Integro Capitulo 137. plures regulas complexi, quibus rectam canendi rationem præſcribunt, coronidis tandem loco ſtatuunt, Cantoribus præcipue

(1) *S. Aug. in pſ. 119. vide etiam enarrat. in pſ. 146.*
(2) *S. Jo. Cryſoſtomus hom. 26. in Epiſt. ad Rom. Operum to. 9. edit. PP. Maurin. pag. 726.*
(3) *S. Hieronymus in Ep. ad Epheſ. c. 5.* (4) *S. Greg. M. Ep. 24. lib. 1.*
(5) *S. Leo M. Serm. 3. de Jejun. VII. Menſ.*

ſtudendum eſſe, *ne donum ſibi divinitus collatum vitiis fœdent*.

(*b*) *Non eſſendovi coſa più indicante la totale ruina dell'Eccleſiaſtica diſciplina, che l' entrare nelle Chieſe, e vedere, e ſentire le Ore Canoniche cantate, e recitate nel Coro con iſtrapazzo*. Publica in Eccleſiis Pſalmodia huc tendit, ut Chriſtifideles excitet ad pietatem, & populum ad memoriam amoremque cæleſtium, non ſolum ſublimitate verborum, ſed tonorum etiam ſuavitate erigat, atque inflammet. Fuſius hæc exponunt Patres Concilii Aquiſgranenſis anno 811. (1) Hinc nemo ſani capitis eſt, qui non videat, divina Officia *diſtincte*, *gradatim*, atque *mature* perſolvenda eſſe. Liceat mihi hîc tranſcribere eadem ipſa verba, quibus Concilium Senonenſe (2) anno 1528. animi ſui voluntatem in hac rem declaravit. *Cum in Eccleſiis Dei Pſalmodia cantanda præcipiatur, ut fidelium devotio excitetur; in hoc nocturnum, divinumque Officium, & Miſſarum celebritates aſſidue Clero, ac Populo ſub maturo tenore, diſtinctaque gradatione cantentur, ut eadem diſtinctione collibeant, & maturitate delectent*. Sed & Concilium Moguntinum (3) anno 1549. ad divinorum Officiorum celebrationem rite conſtituendam, &, qua par eſt, veneratione peragendam, graviſſimis verbis monet Canonicos, ut corpore pariter, & mente ſe componant; quò ſimul, & Deo cultum gratum exhibere, & populo pietatis ſtudium augere valeant. Benedictus XII., qui ad reſtituendam ſacris Ordinibus religioſæ diſciplinæ ſplendorem Apoſtolica adhibuit ſtudia, optimas Minoritis leges dedit, eiſque excolendæ regularis vitæ formulas præſcripſit; cum de divinis Officiis, & pſallendi modo agit, eo potiſſimum animum intendit, ut populi offenſionem, quæ ex præcipiti Officiorum recitatione oriri ſolet, caveat, atque avertat (4). *Quia vero cantus Eccleſiaſticus, divinæ laudis ſacrificium, fructuſque labiorum canentium, non ſolum eorum, qui pſallunt, ſed etiam auditorum ædificatio eſſe debent, eoſdem Fratres hortamur in* Do-

(1) *Concil. Aquiſgran. An. 811. cap. 137.*
(2) *Concil. Senonenſe A. 1528. Can. 17.*
(3) *Concil. Moguntinum A. 1549 Can. 53.*
(4) *Apud Raynaldum ad A. 1336. n. 66.*

Domino, ut divinas laudes integre, attente, honeſte, ac religioſe perſolvant: geſtus leves, & cantus diſſolutos ſeu fractos omnino declinent: tractim pſallant debito more: incœpta, quæ ſimul cantanda fuerint, ſimul continuent, ſimul pauſent. Tantum autem abeſt à nonnullis Choris, ut qui Cantorum munere funguntur, *tractim* pſallant, *paululum*, interquieſcant, reſpirent, *ſimul* continuent, *ſimulque* pauſent, ut quandoque, præcipiti velocitate feſtinanter canentes, ultimum illud momentum ſua mente recogitent, quo e Choro ſit abeundem. Hinc populi circumſtantis offenſio, hinc divinarum rerum nauſea, hinc ſacrorum rituum contemptus, hinc denique Deus ad iram potius, quàm ad miſericordiam provocatur. Ut hiſce malis occurrant Patres Concilii Trullani anni 706. (1) ſtatuunt, inordinatis vocibus non utendum, nec naturam ad clamorem urgendam: ἀλλὰ μετὰ πολλῆς προσοχῆς, καὶ κατανύξεως τὰς ψαλμῳδίας προσάγειν τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ Θεῷ: *Sed cum magna attentione, & compunctione pſalmodias Deo, occultorum inſpectori, offerre*. Longe præſtantiora ſunt, quæ Concilium Trevirenſe (2) anno 1549. his obſurdis, quæ illa ætate invaluerant, avertendis, ſolerti diligentique cura decrevit. Poſtquam enim Patres, zelo pietatis abrepti, vehementi ſtylo in frequentem abuſum inſurexerunt, quo per ſupinam negligentiam, & incompoſitum ac præmaturum vocum ſtrepitum Beneficiarii divina Officia perſolvebant; remedia tandem præſcribunt, quibus his ſcandalis conſulendum ſit. Ac primo, ut Laudes divinæ per ſingulas horas, non *curſim ac feſtinanter*, ſed *tractim*, ſervatis intervallis decentibus, *reverenter & alacriter* abſolvantur. Tum, ne quis clamorem ſupra alterum efferat, naturamque plus æquo urgeat, monent; ne vel inſanire, vel animi laſcivia is geſtire potius videatur, quàm fervore ſpiritus exultare.

Hæc autem ut Cantores facilius aſſequantur, utque compoſita voce verba pronuncient, eaque non tranſcurrant, nec ſyncopent; præ oculis habeant, oportet, S. Benedicti monitum,

quo

(1) *Concil. Trullan. A. 706 vel ut alii cenſent A. 692. can. 75.*
(2) *Concil. Trevirenſe, Can. 6.*

quo Monaſticæ vitæ profeſſores ad rectam pſalmodiam flectebat. Sic enim illis canendum eſſe, ajebat, *ut mens noſtra concordet voci noſtræ*. Nihil dici potuit illuſtrius. His enim paucis verbis plura complexus, reverentiam poſtulat, animi Deo devoti ardorem, eaque omnia, quæ Religioſam ſanctorum Officiorum recitationem comitantur.

(c) *I Canonici*. Sacrorum Canonum ſcientia, ſedulaque cuſtodia *Canonicis* nomen dedit. Clerici omnes Canonicorum olim appellatione cenſebantur, quod Canones probe noſſe oporteret. Morinus (1) loculenta teſtimonia profert ad probandum, fuiſſe olim in more poſitum, ut qui Ordinibus initiandus eſſet, interrogaretur prius, an Canones evolviſſet, probeque ſciret. Nunc Canonicorum nomen arctiùs ſumitur. Officii, operis, militiæque Clericalis nomen eſt, non reddituum, nec emolumentorum, quæ poſtea Canonicis acceſſerunt. Molanus (2) à *Canonicæ* ſeu *Regularis*, *bonæque vitæ profeſſione*, Canonicorum appellationem ducit. Quamobrem Ivo Carnotenſis (3), qui in præcipua officii ſui parte poſuit, Eccleſiæ ſuæ Canonicos ad vitæ integritatem revocare, hoc illis nominis etymon ob oculos ponit. *Canonici appellati eſtis, quod Canonicas Regulas velle vos obſervare cæteris arctius devoviſtis*. His ſimilia habet Radulphus Tungrenſis, qui Canonicis ad ſacros Canones exequendos, ſtimulos addi ait ab ipſo illorum nomine. Hinc laudatus Molanus (4), tuto ſe inferre poſſe contendit, Canonicos, ſi qui vitam ducunt ſuo nomini minime reſpondentem, præclaro ac præſtanti Canonicorum nomine non eſſe cohoneſtandos; *ſed ſues bene ornatos* nuncupandos. *Canonicum eſſe, eſt titulus profitentis ſe canonice vivere; quare, ſi qui Canonici a nomine & profeſſione ſua degenerant, vere tamen, quamdiu Canonicatum ſervant, Canonici dicuntur; ſed ſicut de Chriſtianis dicit Salvianus: CHRISTIANUM NOMEN AUREUM DECUS EST, QUO SI INDIGNE UTAMUR, FIT, UT SUES CUM ORNAMENTO ESSE VIDEAMUR. Eum in modum* Ca-

(1) *Morinus de Sacr. ordin. pag.* 308.
(2) *Molanus de Canonicis lib.* 1. *cap.* 4.
(3) *Ivo Carnotenſis Epiſt.* 69.
(4) *Molanus ibid.*

Canonici dictum accipiant. Canonici nomen honoris titulus eſt; ſed ſi eo indigne utamur, fit, ut ſues eam ornamento eſſe videamur.

(*d*) *A queſt' obligo non ſi ſoddisfa, ſe il tutto non ſi adempie con tutta devozione*. Plerique Doctorum cenſent, præcepto recitandi Officii divini ſatis non fieri, niſi duplex attentio *externa*, *& interna* cohæreant. Vide Antoine (1) Theologiam moralem recens excuſam, Fagnanum, alioſque Canoniſtas in *Can. Dolentes. De celebarat. Miſſar.* In quo autem interna, & externa attentio ſita ſit, operæ pretium eſt, ut paucis exponamus. Pſallendi diſciplinam in duobus potiſſimum conſiſtere, clarus vir Edmundus Martene (2) notavit: alterum hominis exteriorem compoſitionem ſpectat: alterum interiores animi affectus dirigit. Utrumque Tridentina Synodus his verbis complectitur: *reverenter*, *diſtincte*, *devoteque*. Si alterutrum ex his deſit, ejuſmodi divinorum Officiorum recitatio neque *Dei venerationem*, neque *hominis petitionem* continet: quæ quidem ſunt ex Tertulliano (3) propria Orationis officia.

Et primò quidem, *reverenter*. Ad exteriorem reverentiam pertinet ſenſuum cuſtodia, gravitas morum, habitus decentia, totiuſque externi hominis compoſitio, rei ſacræ accommodata. Chori diſciplina plena religionis, plena pietatis eſt, ab iis obſervanda, qui in eum locum conveniunt ad Dei laudes concelebrandas. Luculentum teſtimonium ſuppeditat Agobardus (4) Lugdunenſis Antiſtes, qui omne ſtudium impendit, ut ſui Canonici & Beneficiarii, habitu corporis compoſito, ſui ſpecimen populo præberent. *Placendum eſt*, inquit, *divinis oculis & habitu corporis, & modo vocis; nam, ut impudentis eſt clamoribus ſtrepere, ita congruit verecundo, modeſtis precibus orare.*

Diſtincte. Ut Lectiones in Eccleſia diſtincte legantur, ſanxe-

(1) *Antoine Theolog. moral. De Virtute Religionis pag. 146.*
(2) *Martene Comment. in Regul. S. Benedicti, ad Cap. 19. de diſciplina pſallendi.*
(3) *Tertullian. lib. de orat. cap. 1.*
(4) *Agobardus de Correct. antiphonarij in Biblioth. Vet. PP. Tom. XIV. p. 8. 324.*

xerant Patres apud Theodonis Villam (1) anno 805. Hoc verbo *diſtincte* ſatis ſignificatur, Pſalmorum recitationem non ſyncopando, non mutilando, non curſim & feſtinanter, nec verba commiſcendo, inſtituendam, ſed integre diſtincteque pronunciandam.

Devote. Videlicet, intimo cordis affectu. Dum divina Eloquia pſallimus, id verſetur in corde, quod lingua extrinſecus profert. Alioquin faucibus canentium dulcia non ſunt Eloquia Dei. Inde quippe Regi David dulcia divina Eloquia evadebant: *quia voci mens concordabat; & quod ſonabat in faucibus, hoc cum magna voluptate ruminabat*. Sic illum Pſalmi locum exponit (2) Radulphus Flaviacenſis. Ut Deo jucunda & grata contingat laudatio noſtra, opus eſſe ait Joannes Chryſoſtomus (3) ἀκριβείας τῦ ᾄδοντος: *accurata canentis attentione*. Qui enim, pietatis ſtudio intimaque animi devotione vacuus, pſalmos recitat, non Deo canit, *ſed aeri*, quia *vox temere diffunditur*; ut appoſite animadvertit auctor argumenti Pſalmorum (4), quem nonnulli laudatum ſanctum Joannem Chryſoſtomum eſſe putant. Concinit aſſertio Petri Bleſenſis (5), cujus verba ad propoſitum argumentum mirificè conducunt: *Pſallere ſine devotione, eſt quaſi æs ſonans, cymbalum tinniens*: Avium eſt, ſolo labiorum motu garrire, inanique voce cantare: hominum verò, devoti animi ſenſu & compunctione, piæ voluntatis motu & affectu, rei divinæ operam dare. Qui aſſiduis ac voluntariis mentis prolapſionibus obnoxii ſunt, impietatis nota Deum per jocum illudere videntur, homineſque bene de illis ſentientes in fraudem inducere. Concilium Trevirenſe II. anni 1549. (6) Canonicis debitum penſum abſolventibus, rei deformitatem ab oculos ponit, ſi voce pſallentes, quidvis potius quàm Deum animo verſent: *Quid autem eſt* (inquit) *voce quidem pſallere, mente autem domum aut forum circumire, niſi homi-*

(1) *Capitulare datum a. 805. ad Theodonis Villam cap.* 1. 2.
(2) *Radulphus Flaviacenſis in Levitic. lib.* 17. *cap.* 5.
(3) *S. Joan: Chryſoſt. in pſ.* 145.
(4) *In fine operum S. Jo. Chryſoſtomi to. V. edit. PP. Maurin.*
(5) *Petrus Bleſenſis Serm.* 56. *in Biblioth. Vet. PP. to: XXIV. pag.* 1134.
(6) *Can:* 6.

hominès fallere, & Deum irridere? Ex quo conſtat, eos, qui ſola vocali lectione ſeu cantu putant adimpleri Legis Eccleſiaſticæ præceptum, longiſſime a veritate aberrare. Recitantibus divinum Officium, oratio vera, quæ eſt actus Religionis, gratuſque Deo, præcipitur. At ſine attentione interna, oratio, quæ in aſcenſu mentis ad Deum ſita eſt, nec veri cultus, nec veræ Orationis rationem habet; quin imo eſt quædam ſpecies hypocriſis, & ſimulatio orationis. Attentionem mentis ad orationem neceſſariam, jure divino imperatam, probat Natalis Alexander (1). Itaque ad divini Officii recitationem ita neceſſaria eſt mentis attentio, ut præcepto non ſatisfaciat, *qui per Officii partem notabilem* ſponte mentem ad alia diſtrahit. Quibus omnibus hactenus recenſitis, multum lucis accedi ex litteris Apoſtolicis à Benedicto XIV. datis ad omnes Epiſcopos (2). Dum enim ad orationem mentalem, cæleſtium munerum Theſauris omnes allicere ſtudet, ejus naturam explicat, vim perpendit, & utilitatem commendat.

Eſt & aliud grave damnum, quod peregrinationes mentis iis inferunt, qui devotione vacui divina recitant Officia. Illæ enim potiſſima cauſa ſunt, teſte S. Hieronymo (3), cur cæleſtes gratias plerumque non aſſequamur. Si enim aridum habemus animum, pietatis expertem, diſſipatum, & peregrinantem ad alia, non corde, ſed inani voce pſallimus. Appoſitam rationem tradit S. Cyprianus (4) his aureis verbis: *Quomodo te audiri a Deo poſtulas, cum te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tui, cum rogas, quando tu ipſe tui memor non ſis?* Eamdem ſententiam ſemel iterumque S. Joannes Chryſoſtomus (5) expreſſit, cum Antiocheno Populo recte orandi præcepta tradebat: *Cum inter orandum non audieris verba Dei, quomodo Deus exaudiet vocem tuam?* Nihil mirum proinde nobis videri debet, ut ſcite monet Remigius Altiſſiodorenſis

F (1), ſi

(1) *Natal Alexan. Theologia moral. to: 2. de Horis Canonicis, cap. 8. art. 1. regul. 8.*
(2) *Breve* BENEDICTI XIV. *ad omnes Epiſcopos, datum die 16. Decemb. 1746.*
(3) *S. Hieronym. adverſ. Luciferian. cap. 4.*
(4) *S. Cyprian. Sermon. de Orat. dominica.*
(5) *S. Joan. Chryſoſt. in pſ. 145.*

(1), ſi Deus, Davidis precibus motus, ejus votis annuit, quia *ſua Cantilenæ concordabat intentio mentis*: cantus autem illorum, quorum cor longiſſime a Deo diſtat, rebuſque terrenis defixum hæret, *nihil eſt in conſpectu illius, niſi grunnitus ſuis, aut rugitus aſinorum*. Late profecto excurrere poſſet hoc argumentum, ſi omnia Conciliorum teſtimonia congerere vellem, quibus religioſiſſimi Antiſtites in Canonicos animadvertendum eſſe cenſuerunt, qui non *devotione cordis, ſed vocis tantùm canora modulatione*, debitum ſuæ ſervitutis penſum abſolvunt. Inter plures Canones ad ejuſmodi abſurda tollenda procuſos, vide, quos Moguntinum, & Trevirenſe II. (2) anno 1549. celebrata, ediderunt.

(e) E ſopra la parola *devote*, così pure ſoggiugne. *Quantum ad officium cordis &c.* Officium cordis, quod attinet ad eos, qui in Eccleſia pſallunt, præclare explicat S. Joannes Chryſoſtomus (3) *quid eſt*, interrogat, *in cordibus veſtris*? Reſpondet, *cum intelligentia*: ἵνα μὴ τὸ στόμα μόνον λαλῇ τὰ ῥήματα, ἡ διάνοια δὲ ἔξω διατρίβῃ πανταχοῦ πλανωμένη· ἀλλ᾽ ἵνα ἀκούῃ ἡ ψυχὴ τῆς γλώττης: *Ut non os quidem verba loquatur, mens autem extra verſetur undique vagans; ſed ut lingua ab anima audiatur*. Ejus, qui corde canit, partes ſunt, mentem ad Deum erigere, in ejuſque contemplatione defixam tenere; ne, dum vox Deo canit, ſenſus aliò ductus, fluctuans aberret, ac inepte huc illucque curſitando vagetur. Radulphus Tungrenſis (4) egregie perpendit teſtimonium illud Pſalmiſtæ: *In conſpectu Angelorum pſallam tibi*. Canonicis cavendum eſſe ait, ne Angelos Dei, qui rite canentibus præſto ſunt, ſuâ deſidiâ à ſe avertant, ſubireque cogantur dira ejuſdem Prophetæ, maledicta jacientis in eos, qui opus Dei faciunt negligenter. Ut autem iidem Canonici & Beneficiarii, quid ſibi expediat, intelligant, ea noſcant, ac

præ

(1) *Remigius Altiſiodor. Expoſit. in Amos Proph. cap. 6.*
(2) *Canone 52. & Can. 6.*
(3) *S. Joan. Chryſoſt. in pſ. 41. Tomo V. oper. edit. PP. Maurin. pag. 131.*
(4) *Radulphus Tungrenſis de canonum obſervantia, propoſit. 9. in Collect. Hittorpii pag. 1114.*

præ oculis habeant, oportet, quæ laudatus Auctor in opus deducenda proponit: *Mens noſtra* (inquit) *concordet cum voce, quando ad divinum Officium aſſiſtimus; & cum diligentia a præſentibus univerſis quiſque ſe retrahat, & divinis inhæreat, ut cæleſtia ei dona revelentur*. Eamdem ſententiam iiſdem fere verbis confirmat Martene (1). Fieri non poteſt, ut Angeli interſint Pſalmodiæ illius, cujus lingua dum loquitur, anima ad inepta avolat, & ad terrena ſe deprimit. Qui animum a divino cultu abſtrahunt, & ad profana cogitationes ſuas convertunt, audiant Petrum Bleſenſem (2), qui graviſſimis verbis eorum oſcitantiam objurgat: *Si murmuratis in Choro, ſi ſerpentina conſilia ſibilatis ad invicem, ſi patinæ animum a devotione ſubtrahunt & furantur, ſi obrepunt cogitationes immundæ pſallendo, non eſt hic Pſalmus jucunda decoraque laudatio. Huic Pſalmodiæ angelus inimicus aſſiſtit; elongatur autem Amicus & proximus*. Ne proinde Clericorum in Choro agentium lingua, muto corde, inaniter perſtrepat, intelligant, oportet, ſatis non eſſe, ſi preces ore dumtaxat murmurant, niſi etiam corde, intimoque pietatis affectu perſolvant. *Tunc enim Deo accepta eſt Oratio*, ut ſcite Caſſiodorus (3) ſcribit, *ſi pura mens idem gerat, quod explicat vox Cantici*. Eòdem pertinent hæc S. Iſidori (4) verba; ψάλλειν μετὰ συνέσεως, καὶ εὔχεσθαι μετὰ νήψεως: *Pſallere cum prudentia, & attento vigilantique animo precari*.

(*f*) *Che il Canto non ſia precipitoſo*. Irreligioſa præcipitis animi feſtinatio ſummæ levitatis argumentum præbet. Qui præcipiti rotatione pſalmos volvunt, impetuque cantus curſim feruntur, Curſorum potius quam Cantorum appellatione comprehenduntur. Venatoriam hi docti artem, ſtimulis agitari videntur, quò feſtinanter ad extremam Officii recitationem properent. Religioſi viri nonnumquam immodeſtiſſimam hanc Cantorum temeritatem in dies ſpectant, dolent, ac deteſtantur.

F 2 Expe-

(1) *Martene in Regul. S. Benedicti ad cap. 19.*
(2) *Petrus Bleſenſis Epiſt. 28.*
(3) *Caſſiodorus operum to: 2. Expoſit. in pſ. 101.*
(4) *S. Iſidorus Ep. 171. lib. 3.*

Experientia cognovit Creſſolius (1), quæ memoriæ prodidit de celeritate Cantorum, in magnifico quodam Templo divini Officii penſum perſolventium: *Mentior, niſi viderim in perantiquo & nobiliſſimo Templo, ubi olim Officia divina conſtat incredibili omnium pietate celebrata, ita myſtas, minutoſque liturgos in canendo properantes, ut cum eſſent diſpartiti hinc inde Chori, & Davidicæ Horæ canerentur, non prius ad medium verſiculum pars una veniret, quin ſequentem verſiculum altera præciperet.*

Præteritis temporibus commune ac pervulgatum fuit, inter minutos ſaltem Cantores Eccleſiaſticos hoc vitium. Antiſtites, quibus Canonicorum diſciplina concredita eſt, bene & ordine facturos cenſuerunt, ſi diligentia & auctoritate ſua huic malo remedia præſcriberent; & qua humilitate, animique affectu Clerus Rei divinæ operam dare deberet, edocerent. Summa cum laude hoc munere perfunctus eſt Crodogangus Metenſis Epiſcopus, qui in ſua ad Canonicos Regula de Cantu & Cantoribus divinorum Officiorum, quamplurima præclariſſime præcepit, atque in primis: *Pſalmi in Eccleſia non curſim, aut in excelſis, atque inordinatis, ſeu intemperatis vocibus; ſed plane, & lucide cum compunctione cordis recitandi; ut & recitantium mens illorum dulcedine paſcatur; & audientium aures illorum pronunciatione demulceantur.*

Luculentiſſimas has præceptiones a Crodogango mutuò acceperunt, atque evulgarunt *cap.* 137. Patres Concilii Aquiſgranenſis anno 811. (2) Inde recentiores Antiſtites, ſæpius in eumdem abuſum ſuos Clericos labi animadvertentes, illos a præcipiti feſtinatione ad diſtinctam devotamque Pſalmodiam avocare ſtuduerunt; ne dedecus Eccleſiis, aut Eccleſiaſticæ diſciplinæ tam grave vulnus inferretur. Synodus Senonenſis anni 1485. (3) habet: *Laudes divinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter, ſed tractim cum pauſa decenti .... reverenter ab omnibus perſolvantur.* Senonenſe Concilium tranſcripſit hanc ſenten-

(1) *Creſſolius myſtagog. lib. 3. cap. 27. de Cantu Eccleſiæ.*
(2) *Vide Thomaſſinum de Eccleſ. diſcipl. lib. 1. to: 1. Cap. 49.*
(3) *Synodus Senonenſis a. 1485. Extat in appendice ad Tom. XIII. Labbei pag. 1725.*

tentiam ex Seſſ.21. Concilii Baſileenſis. Id ipſum ſtatuit Synodus Colonienſis I. ſub Hermanno, anno 1536. (1) *Laudes divinæ non curſim ac feſtinanter, ſed tractim; non truncate, ſed integre, diſtincte, devote, reverenter decantentur*. Profecto dedecet Clericorum gravitatem injucunda & præcipitoſa Pſalmodia. Nam ſi habitum ſpectes, totus compoſitus eſt, concinnus, & gravis; ſi voces audias, incompoſitæ, fugaces, & ineptæ. Quare recte conſtitutum eſſe notat Binnius (2), ut Clerici tunica talari, & ſuperpelliceis mundis Choro interſint, quò ſuas partes eſſe agnoſcant, *tractim*, & cum debita gravitate divina celebrare Officia.

Ideo autem *tractim, & cum pauſa decenti* divina Officia perſolvenda eſſe ſanxerunt Patres, ut meditandis, animoque volvendis Eloquiis Dei animum intendant Clerici. Cæſarienſi populo hanc laudem tribuit S. Baſilius (3), quod media nocte ſurgens diuturnæ Pſalmodiæ operam daret in Eccleſia, *meditans Scripturas, & animum attentum, & cor evagationis expers ſibi ipſi comparabat*. S. Anſelmus Epiſcopus Lucenſis (4), cui Eccleſiaſticarum rerum, cultuſque divini ſollicita fuit cura, ita Canonicis ſuæ Eccleſiæ pſallendum eſſe præcepit, ut mente contemplarentur, animoque ſerio agitarent verba, quæ pſallendo pronunciabant: quod ejus vitæ Auctor ita commemorat: *Pſalmos quidem, ut caute & meditatim cantaremus, præcepit; alioquin, aſpere increpavit*. Sanctus Thomas Aquinas (5), qui Cantus Eccleſiaſtici diſciplinam a cenſuris hæreticorum egregie vindicat, ad ſuam ſententiam comprobandam, rationem unam ducit ab utilitate, quam percipiunt Canentes, dum divinis verbis contemplandis diutius immorantur. At ſibi enim opponit, mentem per cantum abſtrahi a conſideratione eorum, quæ cantantur, dum circa cantum ſtudet. Reſpondet, animum abſtrahi a conſideratione eorum, quæ cantantur, *ſi quis ſtudioſe can-*

(1) *Concilium Colonienſe A. 1536. par. 3. cap. 5.*
(2) *Binnius in notis ad Concilium Baſileenſe Seſſ. 21.*
(3) *S. Baſilius ep: 207.*
(4) *Apud Bollandum to: 2. martii ad diem XVII. cap. 5. in vita S. Anſelmi.*
(5) *S. Thom. 2. 2. queſt. 91. a rt. 2. ad 5.*

cantu delectatur. Sed ſi quis cantat propter devotionem, attentius conſiderat, quæ dicuntur, & diutiùs immoratur ſuper eodem. At quî fieri poteſt, ut animum Pſalmis intendant, qui eorum ſenſum non aſſequuntur, vel ad minimum, qui nec verba quidem intelligunt? Audi acerbas Gullielmi Pariſienſis (1) querimonias in Clericos ſacrarum Litterarum nimium rudes, quos ſua ætas ferebat. *Heu*, inquit, *quot* ὄνυς πρὸς λύραν *& aſinos inſenſibiles habet hodie ſanctus David, immo Spiritus Sanctus, qui nihil prorſus ſpiritualis armoniæ ibi ſenſiunt nihil de iis, quæ per Pſalmos Spiritus Sanctus omnibus loquitur, intelligunt, vel etiam cogitant.* Quibus poſtremis verbis eorum oſcitantiam redarguere videtur, qui divinas recitantes aut audientes Laudes, ne mentem quidem pio affectu excitant in Deum; quod ad devotionem habendam ſatis eſſe, Sanctus Thomas affirmat: *licèt ea, quæ cantantur, quis aliquando non intelligat.*

Irreligioſi præcipitiſque cantûs culpam a ſe amoliri quandoque ſolent Clerici, quod nimis prolixâ Pſalmodiâ in Choro graventur. An hæc excuſatio pondus habeat; & an ſit accipienda, alii viderint. Ad lectoris ipſe mentem hoc tantummodo revocabo, veterem fuiſſe quæſtionem, inter graviſſimos ac religioſiſſimos Patres agitatam: quid magis expediret, longa ne, an brevis Divinorum recitatio? Petrus Bleſenſis (2) prolixitatem improbat; ut enim Cartuſianum quemdam Monachum, ad Cluniacenſes tranſire meditantem, a propoſito revocaret, ei ob oculos ponit *numeroſam uſque ad nauſeam, confuſamque Pſalmorum iterationem, atque farſuram.* Hæc ſententia neutiquam probatur ſancto Petro Damiano (3), qui ſcribens ad Cluniacenſes Monachos, longam Officiorum ſeriem commendat, eo potiſſimum nomine, quod infirmorum Fratrum fragilitatem reprimat, & delinquendi propemodum occaſionem tollat; quatenus, etiamſi velint peccare, vix poſſint, præterquam ſi ſola voluntate peccent.

Utra-

(1) *Gullielmus Pariſienſis, apud auctorem Notarum ad Canones collectos* in delectu Actorum Eccleſiæ Univerſæ *to: 2. pag* 416.
(2) *Petrus Bleſenſis Epiſt* 86.
(3) *S. Petrus Damiani Ep. 5. lib. 6.*

Utraque opinio facili negotio conciliatur, ſi mentem ad recitandi modum adjicias; ſit nempe ex animo irreligioſo, an ex animo pie in Deum affecto. Si enim Pſalmorum recitatio ſtudio pietatis ſit vacua, longiores æque ac breviores preces inutiles ſunt. Si verò recitantium animi ſint ad Chriſtianos affectus compoſiti, ſaluberrima eſt Pſalmodia. Nec enim multiplex orantis ſermo, ſed ſincera orationis intentio Deum nobis conciliat. *Modicum prodeſſe*, (ajebat Notherus Balbulus (1) *ſono vocis pſallere ſine cordis devota intentione*. Huc Petri Bleſenſis vota contendere videntur, cum laudato loco hæc verba addat: *Si pſallentibus non adſit devotio, licèt eumdem pſalmum millies repetant, non eſt hic pſalmus jucunda decoraque laudatio*. Vide ejuſdem Bleſenſis Epiſtolam *ad Abbatem de Eveſham*, in qua zeli ſui fervorem non modice temperavit. Legenda etiam Epiſtola Gullielmi Abbatis S. Theodorici ad *Fratres de Monte Dei*.

(*g*) *Che ſi facciano le fermate ne' luoghi ſegnati*. Chrodogangus (2) in ſua Regula monet, ut Canonici in ipſo Cantilenæ intervallo quieſcant. Baſileenſe Concilium Seſſ. 21., & ex eo Synodus Senonenſis anno 1485. Clericos in Choro degentes omni ope hortatur, ut divina perſolvant Officia *cum pauſa decenti, præſertim in medio cujuslibet verſiculi*. Satis nimia diligentia Rhemenſis Synodus anni 1564. (3) Regulas tradit de prolixiore prolongatione cantus in ultimis ſyllabis; quin etiam, quæ quantitatis, pronunciationis, & notarum ratio habenda ſit, accuratiſſime docet.

(*h*) *Che il canto ſia regolato con voci uniſone*. Sanctus Cyprianus (4) inconditas orantium voces cohibuit; quod non tumultuoſa loquacitate preces jactandæ, ſed modeſte oratio noſtra Deo ſit commendanda: *quia Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt*. Plurimum Conciliorum Canonibus cautum eſt, ut Clerus conſona voce in Eccleſiis canat. Inordinatas effuſaſque voci-

(1) *Ap. Bolland. To: 1. April. ad diem VI. in Vita S. Notheri Balbuli.*
(2) *Chrodogangus in Regula Cap. 5. de Divinis Officiis in noctibus.*
(3) *Synodus Remenſis. A. 1564. in V. Congregatione.*
(4) *S. Cyprianus de Orat. dominica.*

vociferationes amandant a Choro Patres Concilii Trullani. Secunda Trevirenſis Synodus (1) anno 1549. Eccleſiaſticæ melodiæ ſuam eſſe energiam probat, modo convenienti modulatione, *& conſona voce* devotus & religioſus Cultus Deo exhibeatur. Sed & Innocentius III.(2) cui in reſtauranda Eccleſiaſtica diſciplina, ſingula ferè capita percurrenti, optata omnia contigerunt, cantui modum poſuit: utque *Cantores conſonis* præcipue *vocibus concinerent*, expreſſis verbis mandavit.

Cum reipsà perſpicuum ſit, quid Clericis ad conſonam, omnique ex parte reſpondentem Pſalmodiam inſtituendam præſtandum ſit, nihilo tamen minus grave Sancti Nicetii (3) teſtimoninm, regulas ad hoc opus accurate tradentis, proferre juvat. *Sed & vox omnium veſtrum*, (inquit) *non diſſona debet eſſe, ſed conſona: non unus inſipienter protrahat, & alter contrahat: aut unus humiliter, alter vocem extollat; ſed innitatur unuſquiſque humiliter vocem ſuam intra ſonum Chori concinnentis includere, non extriſecus extollentes aut protrahentes, quaſi ad ſtultam oſtentationem indecenter efferre, neque hominibus placere velle .... Qui autem æquare ſe non poteſt cæteris, melius eſt ei, tacere, aut lenta voce pſallere*. Cantorum autem voces cujuſmodi eſſe debeant, ut uniſonum cantum edant, exquiſita diligentia tradit Rabanus Maurus (4).

(*i*) *Che il Coro ſia retto da Perſone perite nel Canto fermo*. Moderatoris Cappellæ munus accurate deſcribit Concilium Mexicanum (5) anni 1585. Quid ex officii ſui inſtituto ſervandum illi eſt, peculiari titulo Concilii ejuſdem Patres recenſuerunt.

(*l*) *Queſto è quel canto, per regolare il quale tanto fatigò S. Gregorio il Grande*. Quam divinorum Officiorum, ſacrorum Rituum, Cantuſque dignitatem in Romana Eccleſia quotidie intuemur atque admiramur, eam Romani Pontifices induxe-

(1) *Canone V. de Cultu divino: & Canone VI. de Horis Canonicis.*
(2) *Innocentius III. de Sacrific. miſſæ cap. 2.*
(3) *S. Nicetius de Pſalmodia Bon. cap. 3.*
(4) *Rabanus Maurus de Inſtitut. Cleric. lib. 2. cap. 48. de Pſalmis.*
(5) *Concilium Mexicanum A. 1585. Statutor. par. 1. cap. 18. §. 1. De Magiſtri Capellæ offic. & Cantoribus.*

duxerunt. Sanctus Gregorius Magnus, qui cum præcipuis totius antiquitatis, ut pietate, ita & litterarum gloria certare potuit, luculentus ac præcipuus rectæ Pſalmodiæ auctor habetur. Ante ejus tempora quænam eſſe canentium diſciplina, quæ modulationis ratio, incompertum eſt Cardinali Bona. Conſtantinus Cajetanus (1) primordia Cantus Romanæ Eccleſiæ a Monachis Benedictinis repetit. Scribit, quod tribus prioribus ſæculis Romanæ Eccleſiæ Antiſtites continuis exagitati perſecutionibus, ob difficillima tempora, ea, qua par erat, majeſtate & ſplendore publice, ſuoque ordine divina Officia peragere prohibebantur; proximioribus a Silveſtro in Hormiſdam Pontificibus, qui pace fruebantur, haud parum dimicandum fuit contra immanem Barbarorum Tyrannidem, contra Circenſes, Lupercales, Theatrales, alioſque profanos Ritus, ut magnum fuerit difficiliſque aleæ negotium rectam Eccleſiæ fidem tueri; non autem vacarit Rei divinæ Majeſtatem amplificare, & cantui recte inſtituendo navare operam. Statuit deinde, Sanctum Benedictum fuiſſe auctorem Hormiſdæ, *ut Clerum componeret, & pſalmis erudiret*: Monachos ad id opus adſcitos eſſe à Pontifice, qui Clericis ſacras etiam Litteras traderent, & Theologica Arcana declararent: Inſtitutas paulo poſt ab Hilario Scholas Cantorum, in quibus Clericos Baſilicarios Monachi erudiebant ad Cantus inſtituta, ut ſtatis in Eccleſia diebus feſtis, per annum recurrentibus, divinas Laudes rite perſolverent. Hæc Cajetanus, cui aſſentitur Angelus a Nuce (2), uterque Benedictini Ordinis Alumnus. Quæ quidem, & ſi veri ſpeciem oſtendant, an veritati etiam cenſenda ſint conſentanea, in diſputationem nunc non cadit. Id certum, Sanctum Gregorium Magnum eximiam laudem conſecutum eſſe, quod, & ſi Cantorum ſcholas primus non aperuerit, novum certe canendi inſtitutum introduxit. Ad ejus namque ætatem varius diſſonuſque per varias gentes fuit Cantus. In ſola enim Africa va-

G ria

(1) *Conſtantinus Cajetanus Commentar. ad Vitam Gelaſii II. ap. muratori Rerum Italic. tom III. pag 382.*

(2) *Angelus à nuce in notis ad Chronic. Caſſinenſe lib, 4. cap. 37.*

ria fuit conſuetudo, teſte Sancto Auguſtino (1). Sanctus Gregorius cantilenam ad ordinem & ad certum Muſicæ concentum redegit, & in præſtantiorem formam reſtituit. De hoc Joannes Romanæ Eccleſiæ Diaconus (2) ità ſcribit: *In Domo Domini, more ſapientiſſimi Salomonis propter muſicæ compunctionem dulcedinis, antiphonarium Centonem, Cantorum ſtudioſiſſimus, nimis utiliter compilavit*. Hic ab Auctore *Gregorianus* appellatur: *Romanus* etiam dictus, quòd a Schola Cantorum in Romana primum Eccleſia uſurpari cœpit. His ita ſe habentibus, duo nobis in hoc Commentario præſtanda ſunt: primùm, ipſa Gregoriani cantus ratio exponenda: tum, quam longe lateque in alias Orbis Eccleſias propagata ſit, demonſtrandum.

Alexandrinus Cantus citra apparatum & cultum nimiam ſimplicitatem redolebat. Orientalium Eccleſiarum concentus miram quamdam & eximiam ſuavitatem præſeferre videbatur. Sanctus Gregorius, media incedens via (3), nec ſimplicitatem Alexandrinam, nec Orientalis Eccleſiæ ſuaviorem melodiam omni ex parte adoptavit; ſed ſic temperavit utrumque, ut miram quamdam ſuavitati adjunxerit gravitatem. Joannes Albertus Bannius (4) *de Muſica* diſſertationem edidit, qua ejus ortum, progreſſum, variamque fortunam erudito fuſoque calamo enarrat, atque mirum in modum illuſtrat; ut ſuperfluum omninò videatur eadem repetere atque recenſere.

Ad vocum flexiones, exaltationes, & depreſſiones in Cantu Gregoriano deſignandas variis notis veteres uſi ſunt. Mabillonius (5) tradit, ante ſæculum IX. uſitatas fuiſſe litteras Alphabeticas, quæ, eo labente, deſierunt. In litterarum Alphabeticarum locum ſuffectæ ſunt notulæ caudatæ, quæ nunc etiam apud Muſicos in uſu habentur; aberant tamen lineolæ, quæ exaltationis, vel depreſſionis menſuram in cantu præciſe deſignarent. Seculo XI. additæ lineolæ, inventique Rhombi a Guidone

(1) *Auguſtin. Epiſt. 119. cap. 18.*
(2) *Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii lib. 2. cap. 6.*
(3) *Vide Baron. ad an. 60. n. 3.*
(4) *Bannius, diſſertatione Epiſtolica de Muſica natura, origine, progreſſu, conſcripta A. 1636. Extat cum Grotio de ſtudiis inſtituendis pag. 666.*
(5) *Mabillonius in appendice To: IV. Annal. Benedictin. cap. 7. Obſervationes in notas muſicas.*

done Aretino. Hujus Monachi fortunam enarrare, non ingratum futurum arbitror (1) In Pompoſiano apud Ravennam Monaſterio florebat ſub Guidone Abbate anno 1026. alter Guido Monachus Benedictinus, à Patria Aretinus appellatus, Muſicus excellentiſſimus, qui veterum ſcriptis ad trutinam expenſis, pręſtantiorem ac faciliorem Muſicæ methodum inſtituit. Hic compendioſam Cantus regulam per ſex vulgares Notas adinvenit; quâ, quod vix decennio aſſequi quis antea poterat, annali impoſterum ſpatio, aut admultum biennio, perfectè ediſceret. Quod Aretino magnam apud omnes gratiam conciliare debuerat, gravem invidiam conflavit, eo uſque progreſſam, ut a ſuo Cœnobio diſcedere coactus ſit. At Joannes XIX. Romam Aretinum accerſivit, honorifice excepit, ac tandem ad Pompoſianum Monaſterium reſtituit. Berno Monachus Sancti Galli, deinde Abbas, qui claruit hoc eodem ſæculo, nimirum anno 1014., quo celebritati Benedicti VIII.P.Henrico II. coronam imponentis interfuit, librum edidit, Sigeberti judicio, cęteris pręſtantem, & a Mabiollonio (2) laudatum, quem inſcripſit *De Regulis Symphoniarum*, & Tonorum. Ampliſſimam Aretinus viam poſteris aperuit, qui aliis aliiſque pręceptis ad majeſtatem & delectationem traditis, artem ipſam muſicam ad nobiliorem perfectionem deducerent: quod quidem feliciter omnino ceſſit. Nam, ut Bannius tradit, ſęculo XIII. Franco Muſicus floruit, & ſęculo ſubſequenti Franciſcus Gaffutius, & Jacobus Faber Stapulenſis claruere, qui illuſtrando ſyſtemati Guidonico plurimum ſtudii & diligentiæ contulerunt. In hoc etiam ſtadio ſumma cum ſui nominis laude deſudavit Joannes de Muris in matheſeos diſciplinis peritiſſimus, & celebris Anteceſſor Pariſienſis circa A. 1370., qui, ut ſcribit Antimus Liberatus (3) ad Ovidium Perſapegi, octo illas muſicæ figuras excogitavit, hoc nomine ſonantes, *Maxima*, *Longa*, *Brevis*, *Semibrevis*, *Minima*, *Semiminima*, *Fuſa*, *Semifuſa*: has po-

(1) *Ex Mabillonio Annal. Benedictin. To. 4. ad an. 1026. n. 99.*
(2) *Mabillon. ibidem ad an. 1022. n. 26.*
(3) *Extat inter miſcellanea in 4. Bibliothec a Caſanattenſis, n. 56.*

ſtremas alio vocabulo Muſici appellant, *Croma*, *Semicroma*. Joſephus Zarlinus, natus Clodięfoſſæ, vulgo *Chiozza*, plures Muſices inſtitutiones tradens anno 1580., magnam ſibi nominis gloriam apud poſteros comparavit. Obiit Venetiis anno 1599., & in Eccleſia Sancti Laurentii ſepulturâ honeſtatus eſt. Ejus laudes cl. vir Teiſſier (1) perſequitur. Zarlini opera brevius complexus eſt Joannes Maria Artuſius Bononienſis. Tandem Erycius Puteanus, duobus editis libellis, artem muſicam ad faciliorem diſcendi methodum redegit. Etenim, ſex vulgaribus notis addita ſeptima, omnes vocum mutationes, quæ pueris majus negotium faceſſebant, de medio abſtulit. Joannes Lucas Confortus, Mileti in Calabria natus, Cappellæ Pontificiæ Cantor ſub Innocentio IX. anno 1591., & muſicæ artis peritiſſimus, qui vocem toto inſtructam Organo ſortius fuerat, primus rationem inveniſſe fertur, quâ vox tremula, (vulgò *il trillo*) continenti ſpiritu edita, ad rectas harmoniæ regulas componeretur. Vide Thomæ Aceti annotationes in Barrium (2). Hęc de pręcipuis Auctoribus dicta velim, qui Muſices diſciplinam ingenio ſuo amplificarunt, atque illuſtrarunt. His addi poſſe videtur vir Clariſſimus Leonardus Eulerus, qui intima hujus artis penetrare conatus eſt, ediditque anno 1739. Tractatum hoc inſignitum titulo, *Tentamen novæ Theoriæ muſicæ*, impreſſum Petropoli.

Notas Muſicas a ſęculo XI. ad XIV. ductas, Claveſque Canticorum medii ævi exhibet Joannes Ludovicus Walterus (3), qui ex veteribus Codicibus in ſuum Lexicon Diplomaticum eas tranſcripſit. Huic Operi, quod a vertice ad calcem æneis tabulis conſtat, immortale decus conciliant Alphabeta abſolutiſſima, & integra ſcripturæ ſpecimina, ex Diplomatibus, Cartis, & Codicibus deſumpta, ad veram cujuſque Codicis ætatem cognoſcendam, & ad quodcumque Diploma, vetuſque Monumentum recte æſtimandum, accommodatiſſima.

Ad alteram nunc Commentarii partem accedo, qua mihi propoſueram Gregoriani Cantus pręſtantiam, eo potiſſimum no-

(1) *Teiſſier, les Eloges des hommes Savans, tires de l' Iſtoire de M. de Thou, avec des additions.*
(2) *Lib. 2. cap 14. n. 9. pag. 157.*
(3) *Jo: Ludovicus Walterus lexic. Diplomaticum edit. Gottingæ anno 1745.*

nomine commendare, quod ab Eccleſia Romana in omnes fere Chriſtiani Orbis Eccleſias tranſierit. Paſſim legimus, cęteras Nationes, miſſis Romam nunciis, Cantuum libros à Romanis Pontificibus impetraſſe. Certò etiam conſtat, Romanos Cantores per Orbem diſperſos, diſciplina canendi barbaros inſigniter inſtituiſſe. In pleraſque Occidentis Provincias Romani Cantus ſuavitas evulgata eſt, ipſo Gregorio adhuc vivente; Cantores enim a ſe bene inſtitutos ad longinquas Eccleſias miſit, qui cęteris Clericis eamdem canendi artem traderent. Ratus Sanctiſſimus Pontifex id quod revera erat, eas in una fide, morum concordia, atque in obſequio erga Romanam Eccleſiam facilius permanſuras, ſi eiſdem Ceremoniis, eadem Sacrorum forma, & Pſalmodia uterentur, & ad ejus exemplum ſeſe in omnibus componerent.

De Gallis atque Germanis, qui Romanæ modulationis dulcedinem præ cęteris amplexati ſunt, commodiori loco ſermo nobis erit. Quomodo ſe geſſerint Angli, nunc dicam. In Britanniam cantum Romanum primus induxit Sanctus Auguſtinus Angliæ Apoſtolus, & primus Cantuarienſis Archiepiſcopus, religioſo teſte Joanne Diacono. Ex his enim, quæ ad ejus Conſulta reſponderat Sanctus Gregorius Magnus (1), ſatis fuerat aſſecutus Auguſtinus, quanta ſibi cura incumbendum eſſet, ut omnes Clerici Romanæ Cantilenæ vacarent. Quinimmo nemo in diſcrimen revocabit, eoſdem Gregorii Magni diſcipulos, qui divini verbi pręcones fuerunt in Anglia, Laudes Dei more Romano decantandas edocuiſſe, quos ad ejus fidem traducebant. Sęculo VII. Beatus Benedictus, cognomento Biſcopus, Roma in Britanniam remeans, ab Agathone Papa (2) obtinuit, ut ſocius ſibi adjungeretur, *quatenus in Monaſterio ſuo curſum canendi annuum, ſicut ad S. Petrum Romæ agebatur, edoceret.* Sunt verba venerabilis Bedæ (3). Socius adjunctus fuit Archicantor Baſilicæ S. Petri, nomine Joannes, qui ſimul Monaſterium S. Martini moderabatur. Baſilicæ S. Petri proximum tunc

(1) *Jo: Diac. in vita S. Gregorii lib. 2.*
(2) *Mabillon. ibid. To. 1. ad an. 679. n. 85.* (3) *Beda Hiſt. Anglic. l. 4. cap. 18.*

tunc erat hujuſmodi S. Martini Monaſterium. Itaque Joannes Abbas Britanniam profectus, Romanum Cantum, cęteroſque ejuſdem Eccleſiæ Ritus Monachis Wiremulenſis Monaſterii, a Beato Benedicto Biſcopo erecti, tradidit. Cęteros etiam Monachos Anglos aliarum civitatum & locorum, iiſdem Ritibus, & Cantu Gregoriano inſtituit Joannes. Addit enim Beda, e cęteris Angliæ Monaſteriis plurimos confluxiſſe ad Romanum Archicantorem audiendum. De his Ritibus & Cantu Romano fertur edidiſſe librum Benedictus ipſe Biſcopus hoc titulo (1). *De Celebratione Feſtorum*. Sed antequam ulterius progrediamur, duo hìc nobis notanda ſunt. Primo animadvertamus, oportet, Romanæ Eccleſiæ cantum, ordinem, & ritum non fuiſſe ab Agathone Papa ex lege pręſcriptum, ſed ab Anglis expetitum. Secundo loco, quanto in honore eſſet Archicantoris dignitas in Baſilica Vaticana vel ex hoc intelligimus, quod Joanni Archicantori eidemque Abbati S. Martini, in Angliam abeunti, ea provincia demandata ſit, ut ſtatum fidemque Eccleſiæ Anglicanæ exploraret, & ad ſummum Pontificem referret. Ea de cauſa, habito tunc temporis in Anglia Concilio, adfuit Archicantor, ejuſque acta Romam detulit, ut Beda etiam commemorat. Quin, tam claræ exiſtimationis erant Cantores, ut inde non immerito metus eſſet, ne qua ſuperbiendi occaſio illis pręberetur: ideo Chrodogangus in ſua ad Canonicos regula monet Cantores his verbis: *Ne propter donum ſibi collatum, ſe cæteris ſuperbiendo præferant, ſed humiliter ſocios exhibeant*. Verum, ut unde diſceſſit, eo redeat oratio, quanta cura optimi Antiſtites allaboraverint ad Romanum Cantum in Angliam evulgandum, aliis monumentis comprobemus. Theodorus ille fama notiſſimus, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem à Vitaliano Papa anno 668. evectus, auctor fuit, ut Angli in Romanos ritus ubique ferè tranſirent: atque in primis Anglicanam Eccleſiam Romanæ Pſalmodiæ accommodavit, & doctrina abunde locupletavit: quam in rem etiam opem omnem pręſtitit (2) S. Adrianus Pręfectus Monaſterii S. Auguſtini ejuſdem Cantuariæ urbis. Can-

(1) *Croiſet in Vitis SS. ad diem 12. Januarii.* (2) *Beda hiſt. Anglic. l. 4. c. 2.*

Digitized by Google

Cantum enim Eccleſiaſticum, quem hactenus ſoli Cantiæ Clerici noverant, ipſe(1)in cęteras Angliæ Eccleſias evulgavit.

Sed & aliquid amplius addendum eſt, in majorem commendationem obſervantiæ, quà Anglicana Eccleſia Romanam coluit: ſcilicet nonnulli Angli tanta veneratione proſecuti ſunt Romanum canendi inſtitutum, ut Romam ad eam artem addiſcendam acceſſerint. Wilfridus Monachus Anglus, teſte Beda(2), adhuc florente ætate ad Urbem properavit, ut purioribus pietatis legibus, fidei, ritus, & Cantus imbueretur. Accæ non minor cura fuit Cantus Gregoriani, & cum Wilfrido eamdem ob cauſam Romam venit. Uterque deinde Epiſcopali in Anglia dignitate auctus eſt. Acca ille fuit, qui cenſuit nullam Epiſcopatui turpitudinis notam inferri ex officio Cantoris, quo quandoque perſunctus videtur; *erat enim Cantor peritiſſimus*. Hęc de cantu Gregoriano in Angliam illato.

In alias regiones cantus Gregorianus temporis ſucceſſu protendi cępit, atque receptus eſt. Gregorius II. Concionatoribus Apoſtolicis, quos in Bavariam delegavit, cum multa pręcepit, tum illud in primis, quod eſt de Cantu & Officio Romano, commendavit(3). S. Benedictus diverſum a Romana Eccleſia pſallendi Ritum ſuis Alumnis tradiderat, *ut Monachi a Clericis non ſolum converſatione, ſed etiam publicarum Orationum modo diſtinguerentur*. Ita Angelus de Nuce(4).

Idem Pſalmodiæ diſcrimen ſtatuit laudatus Auctor, inter Clericos, & S. Columbani Monachos. Monaſterium Caſſinenſe Gregorianum Cantum ſeculo tandem undecimo recepit. Cantui enim Ambroſiano, qui *ſonorus & fortis eſt*, hactenus ibi obſervato, Stephanus IX. ex Abbate illius Cœnobii Romanus Pontifex creatus anno 1057., Romanum Cantum ſubſtituit, *quòd magis dulcis & ordinatus eſſet*(5).

Omnibus fere Occidentis Eccleſiis ad Gregorianum Cantum traductis, nemo prudens culpæ reos non faciet Hibernos

qui

(1) *Bolland. To. 1. Januarii ad diem 9.* (2) *Beda ibid. l. 5. c. 20. & 21.*
(3) *Tomaſin. de Eccleſ. Diſcipl. par. 1. lib. 2. cap. 77.*
(4) *Angelus de Nuce apud Le Cointe Annal. Francor. To. 6. ad an. 789. n. 14c.*
(5) *Mabillon. Annal. Benedictin. To. IV. cap. 7. ad an. 1057. n. 21.*

qui uſque ad S. Malachiæ Dunenſis Epiſcopi, aut Henrici II. Anglorum Regis ætatem, qui Imperium tenuit ſęculo XII., Eccleſiaſticum Romanum Cantum ignorarunt.

A cantu Gregoriano aliquatenus diſtat Ambroſianus: Hunc eſſe *ſonorum & fortem*, illum magis *ſuavem & ordinatum*, paulo ſupra innuimus. Idipſum inter utramque Pſalmodiam diſcrimen jampridem Rodulphus Tungrenſis (1) adnotavit. In Mediolanenſem Eccleſiam S. Ambroſius, primus ex Eccleſia Gręca traduxit cantum reciprocum, & alternatim ductum. Hanc canendi formam, viſione Angelorum expreſſam, qui alterna voce Deum collaudabant, Antiochenæ Eccleſiæ tradidit S. Ignatius, tertius a Petro Apoſtolo illius Antiſtes (2). Alii, cantum reciprocum Flaviano, & Theodoro Presbyteris acceptum referunt, ut videre licet apud Mabillonium (3), & apud Auctorem (4) Notarum ad Canones collectos in *delectu Actorum Eccleſię univerſæ*. Hęc ipſa traditio in Mediolanenſem cęteraſque Occidentis Eccleſias defluxit. Inſtitutionis occaſionem in civitate Mediolanenſi dedit Juſtina Auguſta, Valentiniani Junioris Mater, quæ Arianorum partes tuebatur, & in Ambroſium dire ſęviebat. Noctes dieſque plebs tota in Eccleſia ducebat, ne ſuus ſibi raperetur Paſtor, vel damni quidquam & contumeliæ pateretur. Tunc temporis, ut Hymni & Pſalmi canerentur alternis Choris ſecundum Eccleſiæ Antiochenæ morem, inſtituit Ambroſius, ne plebs, quæ diuturno tempore in Eccleſia excubabat, tędio & mœſtitia animi deficeret. Narrat hęc S. Auguſtinus; & ex eo Rodulphus Flaviacenſis (5). In Mediolanenſi Eccleſia cum Lector Scripturas recitabat, vix impetrari poterat ſilentium: cum Cantores Pſalmorum cantu aures permulcebant, obſtrepebat nemo, ut animadvertit laudato loco Mabillonius; omnes enim, ſuavi cantus modulatione capti, ſilentium agebant.

Qui Gregorianam, & Ambroſianam canendi formam receperant, quadruplicem Pſalmorum Cantum frequenti uſu ha-

(1) *Rodulphus Tungrenſis de Canon. Obſervantia, propoſit.* 12.
(2) *Bolland. To.* 1. *Februarii ad diem* 1. *In Vita S. Ignatii M. Antiocheni*.
(3) *Mabillon. diſquiſit. de Curſu Gallicano*: §. 1.
(4) *To*: 2. *pag*. 416.
(5) *Rodulphus Flaviacenſis in Leviticum lib.* 17. *cap*. 7.

habebant, *directum*, *Antiphonum*, *Reſponſorium*, & *Tractum*. Singulos hos canendi modos fuſe explicat Martene (1).

(*m*) *Come atteſta Giovanni Diacono nella di lui Vita*. Joannes Eccleſiæ Romanæ Diaconus, & Anaſtaſii Bibliothecarii familiaris, claruit circa annum 875. Qua occaſione conſcribendæ Vitæ S. Gregorii Magni manus admoverit, etſi non hujus loci, tamen non erit injucundum meminiſſe. Præcedenti die, quo S. Gregorii memoria recolebatur, perlecta fuit in Eccleſia, præſente Joanne VIII., Vita beati Paulini Epiſcopi Nolani, ab eodem S. Gregorio in Dialogis deſcripta. Paululum tunc mente perplexus ſtetit Pontifex, atque in eam cogitationem venit, neminem ad illud uſque tempus monumentis conſignaſſe res geſtas a S. Gregorio Præceſſore ſuo ſanctiſſimo, qui aliorum præclara facinora litteris tradiderat. Id cum ægre tuliſſet Pontifex, hujus negotii curam commendavit Joanni Eccleſiæ Romanæ Diacono, qui concreditum ſibi munus, qua par erat diligentia implevit, eoque anno, quo ſcribere juſſus eſt, primum Vitæ librum abſolvit. Tandem S. Gregorii Vitam quatuor libris complexus eſt, quos eidem Joanni VIII. nuncupavit. Ex hac Gregorii Magni Vita, aliiſque libris, non mediocrem nominis celebritatem ſibi Joannes conquiſivit. Dignus Joannes VIII. qui laudetur, quod tot præclara S. Gregorii geſta, ipſius curâ, litterarum monumentis fuerint commendata. Si enim illuſtres Sanctorum Vitas deſcribere, egregium & præclarum eſſe ſapientiſſimi viri cenſuerunt; potiori jure æternæ memoriæ tradendæ ſunt illorum Summorum Pontificum laudes, qui, dignitate ipſa Sanctiſſimi, paria dignitati facinora ediderunt.

(*n*) *L' Antica Scuola de' Cantori*. Scholæ Cantorum erant Collegia, in quibus Clerici erudiebantur ad Cantum, Pſalmodiam, cæteraſque Eccleſiaſticas functiones, pro Majeſtate Pontificia obeundas. Ejuſmodi Scholæ ad Stationes, Proceſſiones, ſingulaſque diebus feſtis Eccleſias Urbis conveniebant; ibique ſacra Officia, & Miſſarum Solemnia, Pontifice, vel

(1) *Martene de Antiq. Eccleſ. Ritib. to. 3. lib. 4. Cap. 3. n. 4.*

Presbytero celebrante, decantabant: Palatii munera obibant; pro Romanæ Eccleſiæ negotiis extra Urbem Miniſtri mittebantur: ac inde demum Diaconi Cardinales, & Presbyteri aſſumebantur. Communibus ſumptibus vivebat Cantorum Schola, habebatque magnæ in Urbe dignitatis, & exiſtimationis Præfectum, qui *Primicerius*, aliàs *Prior Scholæ Cantorum* vocabatur. Ejus opera optimi Juvenes ſelecti in Cantu, lectione ſacrorum librorum, & optimis moribus inſtituebantur. In plures Choros dividebatur. Chorus autem, auctore Iſidoro, proprie eſt multitudo Canentium; inde dictus, quod initio in modum Coronæ circum Aram ſtaret, & ita pſallerent.

Hujus Scholæ inſtitutionem, quamvis Joannes Diaconus S. Gregorio adſcribat, ejus tamen initium ad Hilarium referendum eſſe, ex Anaſtaſio in vita Hilarii, Panvinius (1) probat: Joannem autem Diaconum de reformatione, ſeu de reſtitutione potius intelligendum eſſe opinatur, quàm de prima Inſtitutione, quæ longe ante Gregorii ætatem vigebat. In Africa ducentis fere ante S. Gregorium annis Scholas floruiſſe, in quibus pueri cantu, litteris, ac moribus inſtituebantur, Cardinalis Bona adnotavit (2).

Duas Cantorum Scholas S. Gregorius inſtituit: alteram prope Lateranum: ad Vaticanum alteram. Eas prædiis, & redditibus auxit, referente Joanne Diacono (3), cujus ætate authenticum Antiphonarium, ipſumque flagellum, quo pueris Pontifex minabatur, Chriſtifideles veneratione proſequebantur. Dimiſſionem animi Sanctiſſimi Pontificis, pueros Cantum docentis, admiratur Thomaſſinus (4) his verbis: *Gregorius ipſe, quo Romanos etiam inter Pontifices nemo tam alte ſe in Theologicorum Dogmatum penetralia, æternorumque contemplationem demerſit, ita ſecum ſtatuebat, haud evileſcere ſummæ in terris ſanctiſſimæque Dignitatis Majeſtatem, Regnumque ipſum Sacerdotii, ſi pueris cantum Eccleſiaſticum edocendis* ip-

(1) *Panvinius in Opuſculo de Interpretatione vocum Eccleſiaſtic.* verb. Primicerius. *Extat cum Platina de Vitis Rom. Pontific. editionis Lovanii a.* 1572.
(2) *Card. Bona Rerum Liturgic lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 30. (3) *Joannes Diaconus lib.* 2. *cap.* 6.
(4) *Thomaſſin. Eccleſ. Diſcipl. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 9.

ipſemet incumberet. Vetuſtate fatiſcentes Cantorum Scholas ſæpe Summi Pontifices reſtituerunt. Id præcipue p ræſtitit Sergius II., inauguratus Pontifex anno 844. ut habet auctor (1) Vitæ ejus. Cantorum nomen magnâ apud omnes fuiſſe in exiſtimatione, vel apud ipſos Summos Pontifices, ſatis prodit Benedictus Baſilicæ Vaticanæ Canonicus (2), qui Romanæ Eccleſiæ Cantor erat, & Ordine m Romanum XI. conſcripſit antè annum 1143.,à Mabillonio evulgatum. Videndus etiam Andreas Adami in Præfatione Hiſtorica præfixa obſervationibus,dè ratione & ordine pſallendi in Pontificio Sacello (3). Quo autem tempore ejuſmodi Cantorum Romana Schola, & Præfectura Primicerii deſierint,obſcurum eſt Cardinali Bona (4); qui utramque ſæculo XIII. adhuc viguiſſe, ex quodam illius ævi Inſtrumento probat. Cl. Vir Dominicus Georgius (5),de Re liturgica optime meritus, ait, ſæculo XIII. & XIV. non ſemel in Apoſtolicis Sanctionibus, & in Ritualibus S. R. E. libris, occurrere Primicerii, & Scholæ Cantorum mentionem.

Ab Eccleſia Romana ad alias Eccleſias Scholæ Cantorum Inſtitutio propagata eſt. Lugdunenſis Antiſtes Leidradus ad Carolum Magnum ſcribens, ei aperit, ſe Cantorum Scholas enutrire, quorum plerique ita canendi arte erant eruditi, ut alios etiam erudire poſſent. Crodogangus Metenſis Epiſcopus in ſua ad Canonicos Regula cap. 50., de Cantorum Schola plura commemorat. Capitulare Aquiſgranenſe anni 789. cap. 72. in ſingulis Diœceſibus Cantorum Scholas erigendas conſtituit, in quibus pueri Pſalmos ediſcerent, Notas, Cantum, Computum, atque Grammaticam. Aquiſgranenſe Concilium anni 811. cap. 137., ut idem Inſtitutum late pateat, ſummis optat votis. Collapſam canendi diſciplinam in Eccleſiis Gallicanis ad intermiſſum ejuſmodi Scholarum uſum refert Concilium Valentinum III. anni 855. (6)

(o) *Queſto è quel Canto, che eccita alla divozione*. Utrumque

(1) *Auctor Vitæ Sergii II. apud Labbeum To: 5. Concil. pag. 1796. edit. Lugdun.*
(2) *Benedictus Canonic. in Præfat. ad Ord. Roman. XI. ap. Mabillon. Muſæi Italici to: 2.*
(3) *Andreas Adami Præfat. hiſtorica præfixa Obſervat. ad Cap. Pontific.* (4) *Card. Bona ibid. p. 80.*
(5) *Georgii Diſſertat. 1. de Hierarchia S. R. E. to: 2. cap. 6.* (6) *Canone 18.*

que Cantus genus, Melodicum, & ſimplex, fuit veteribus uſitatum; utrumque pro ſua utilitate commendatur. Excitandis piis in Deum affectibus cantus melodicus plano cantui pręſtat; pia enim Cantica audientium animos ad pietatis officia accendunt. *Dum per Pſalmodiam compunctio effunditur, via nobis in corde fit, per quam ad Jeſum in fine pervenitur*: ait S. Gregorius Magnus (1). Eximia Eccleſiaſtici Cantus encomia recenſent Euſebius Cęſarienſis (2), S. Baſilius (3), S. Joannes Chryſoſtomus (4), S. Auguſtinus (5), S. Ambroſius (6) & Caſſiodorus (7). Quanta verò ſit Pſalmodiæ utilitas, pia hominum corda experiuntur, quorum ſpiritus mira ſuavitate repletur, omnique męrore & tædio ejecto, magna effuſus alacritate, ad contemplanda Divina evehitur, perſępe transfixis pręcordiis. Creſſolius (8), omnium Patrum collectis ſententiis, totam Pſalmodiæ vim in intima pietate ac devotione reponit: *Sed Eccleſiaſticæ* (inquit) *Pſalmodiæ fructum præcipuum ego pono cum divinis Patribus in devotione, qua voce non tantùm intelligo dulcem animi ſenſum intima ſuavitate colliqueſcentis; verùm etiam pietatem, compunctionem, ardorem quemdam animi celſi & invicti, Deo ſervire cupientis*. Ad Pſalmodiæ commendandam utilitatem, operam curamque ſuam ex recentioribus pręcipue impenderunt, Maphæus Vegius (9) Laudenſis, Datarii munere functus ſub Pio II. in lib. *de Perſeverantia Religionis*; Rabanus Maurus (10); Radulphus Tungrenſis (11); Amalarius (12); & religioſiſſimus Ludovicus Bloſius (13) pluribus in ſuorum Operum locis; qui non poſſe ſe ſacri melodici Cantus laudes pro dignitate recenſere, aperte fatetur. In Pręfactione enim Tractatûs

(1) *S. Gregorius in Ezechielem lib. 1. homil. 1. n. 15.*
(2) *Euſeb Caſarienſ. Comment. in pſ. 163. edit. à Monfaucon pag. 673.*
(3) *S. Baſilius in pſ.*
(4) *S. Jo: Chryſoſtomus in pſ. 41. 134. 145. & 146.*
(5) *S. Auguſtin. Confeſſ. lib. 4. cap. 14.*
(6) *S. Ambroſ præfat. in pſ.*
(7) *Caſſiodorus Tom. 2. operum cap. 5. de muſica.*
(8) *Creſſolius Myſtagog. l. 3. cap. 27. ſect. 2. de Sacri Cantus Utilitate.*
(9) *Mapheus Vegius de Perſeverantia Religionis l. 5. cap. 3. de Pſalmodia. Extat in Max. Biblioth. PP. to: 26. pag. 729.*
(10) *Rabanus Maurus de Inſtitut. Cleric. l. 3. c. 24. de Muſica.*
(11) *Radulphus Tungrenſis de Canonum obſervantia propoſit. IX.*
[12] *Amalarius de Eccleſ. Offic. lib. 3. cap. 11.*
[13] *Ludovicus Bloſius, Defenſionis veræ Fidei cap. 5. & in Tract. Paradiſus Animæ Fidelis par. 2. cap. 18. de Pſalmodia Cura.*

tûs, qui inſcribitur *Medulla Pſalmodiæ Sacræ*, intimam ſui animi ſententiam his verbis prodit: ***Multi quidem multa in laudem Pſalmodiæ ſacræ præclare dixerunt; nullus tamen pro dignitate & merito illam adhuc commendavit, nec aliquis commendabit unquam***. Ingenti deinde laudum cumulo Cantum proſequitur, quarum ſumma hęc eſt: mirum in modum illum valere, non ad exhilarandos recreandoſve tantum auditorum animos; ſed, quod caput eſt, ad corruptos hominum mores emendandos, & ad honeſtatis ac virtutis ſtudium à vitiorum fæditate traducendos.

Ingentes, quas commemoravimus, utilitates ex Pſalmodia Eccleſiaſtica eo uſque conſecutæ ſunt, donec importuna Muſicorum levitas, & improvida auditorum curioſitas quoddam harmoniæ genus invexit, delicatum, effęminatum, molle, & theatricum, cujus eſt aures dumtaxat demulcere, inanique voluptate paſcere; ac pietatem extinguere, & animum rapere ad terrena. Quo primum tempore contra Eccleſiæ mentem hęc vitia irrepſere, ſtatim illata ſunt damna graviſſima in Cantus diſciplinam, ex quo quidem quamplurima abſurda effluxerunt. Adverſus ejuſmodi peſſimos abuſus inſurgit Auctor Notarum ad Canones, congeſtos in Libro, cui titulus: *Delectus Actorum Eccleſiæ* (1), vehementi juſtoque ſtylo ſic ſcribens: ***Nota tertio quoad canendi methodum hodiernam, eam in Eccleſia riſu potius, quàm plauſu prorſus eſſe dignam; utpote quæ non niſi theatrica & profana dici queat.***

(*p*) ***E queſto è quello, che i Monaci hanno imparato dai Preti Secolari &c.*** Pſalmodiam, quam Monachi a Clero ſæculari adoptarunt, præſtantiorem deinde reddiderunt. Nudam Pſalmorum recitationem nonnulli Monachorum imitati ſunt, quibus ideo ſola Pſalmorum recitatio placuit, quia humiliati, animique compunctioni exprimendæ magis congruere videbatur. Sed eos etiam *Melodiis* delectatos fuiſſe, Martene (2) luculentiſſimis teſtimoniis probat. Sancto Benedicto utrumque pſallendi genus

[1] *In notis ad Canonem 75. Trullanum, pag. 416.*
[2] *Martene de antiq. Monachor. ritibus l. 1. cap. 2. n. 51.*

nus arriſit. Attamen, à figurato cantu, & Muſicorum vocibus, ſeu potius clamoribus, & a Muſicalibus etiam cujuſque generis inſtrumentis, Monachorum diſciplina longe abfuit. Liceat, illuſtre in hanc rem teſtimonium ejuſdem clariſſimi viri Edmundi Martene (1) proferre: *Ab his abhorruere*, inquit, *quotquot unquam ſolidæ pietati, & religioſæ ſimplicitati ſtuduerunt Monachi*.

Severam veterum Monachorum Pſalmodiam accuratè recenſet Caſſianus (2). Sive enim corporis ſitum, ſive ſilentium, ſive modeſtiam ſpectes, omnia erant ad auſterum orandi genus, & ad auditorum ædificationem compoſita. Uno ſtante, eoque Pſalmum canente, cæteri humilibus ſedibus inſidebant, in pſallentis verba omni cordis intentione defixi, eorumque ſenſum animo volvebant atque meditabantur. De vario corporis ſitu, & an memoriter, vel ex libro pſalmos Monachi expedirent, multis alio loco differit laudatûs Martene (3). In frequentioribus dumtaxat Cœnobiis certus Monachorum numerus eligebatur, qui alternis choris caneret, cæteris auditu dumtaxat fungentibus. Hæc in remota antiquitate. Succeſſu autem temporis, omnes fere Monachi ſenſim utriuſque Chori Pſalmodiam inſtituere, & alterno cantu divina Officia celebrare cœperunt, ſi paucos excipias, qui veteri conſuetudini mordicùs adhærentes, auribus cordeque intimo excipiebant, quæ unicus ille Monachus ſtans è Pſalmis recitabat. Nonnulla Græcorum Monachorum Cœnobia veterem hunc canendi morem etiamnum ſervant, atque ſectantur.

Magno miroque ſilentio Rei ſacræ operam dabant veteres illi Monaſtici Ordinis Profeſſores. In ingenti Monachorum multitudine, ad Officia divina convenientium, præter illum, qui ſtans Pſalmos decantabat, alium nullum in Eccleſia adeſſe crederes. *Non ſputum emittitur*, (ſcribit Caſſianus) *nec excreatio obſtrepit, non tuſſis interſonat, non oſcitatio ſomnulenta trabi-*

[1] *Idem in Regul. S. Benedicti ad cap. 19.*
[2] *Caſſianus lib. 2 cap. 4. & 21.*
[3] *Martene de antiquis Monachor. ritib. lib. 2. cap. 2. & Commentar. in Regul. S. Benedicti cap. 9.*

trahitur, nulli gemitus, nulla ſuſpiria, adſtantes impeditura, promuntur, nulla vox auditur. Ad elucidandam veterum Monachorum Pſalmodiam multum ſtudii contulit Le-Cointe (1) in Annalibus. Sed præſtantiora ſunt, quæ exhibet, vir undequaque clariſſimus, Mabillonius (2), qui apud Orientales duo præcipua Pſalmodiæ genera diſtinguit: unum eorum, qui in Ægypto, & Thebaide: alterum eorum, qui in Palæſtina, & in Meſopotamia verſabantur. S. Hieronymus (3), cum perfectum Monachum deſcribit, recteque canendi præceptis inſtituit, eum adhortatur, ut Pſalterium memoriter addiſcat, Pſalmumque ordine ſuo recitet, *in quo non dulcedo vocis ſed mentis affectus quæritur*. Profecto Monachus pſallendo non vacabat vocis ſuavitati, quæ audientium aures feriret, ſed ſtudio pietatis, quæ eorum cor pervaderet. Intelligebant enim pii illi Patres, magnam fieri ſpiritualis gratiæ jacturam, cum cantus ſuavitas aures dumtaxat demulcet. Hoc cùm cæteri, tum maxime S. Benedictus ſedulo cavendum curavit. Suis enim Monachis canendi diſciplinam præſcribens, hortamenta geminat, ut id muneris præſtent tanta humilitate, gravitate, & tremore, ut auditores ad pietatem ac religionem trahere valeant (4).

Ad veterum Monachorum exemplar, Pſalmodiæ diſciplinam, quantum pro ratione temporum licuit, recentiores Ordinum Inſtitutores exprimere curarunt. Rejectis enim aſperioribus nonnullis legibus, vota ſua huc omnes intenderunt, ut ſui Alumni rectum ducerent Cantum, quo pietas excitaretur, Chriſtifidelium mentes raperentur ad cæleſtia, gratuſque Deo exhiberetur cultus. Hinc iidem in ſuis Inſtitutis crimini obnoxios fecerunt eos, qui Pſalmos præciderent, qui verba dimidia tranſilirent, qui non integra proferrent: uno verbo, qui nec mediocritatis, nec gravitatis modum ſervarent. Inter Ordinis Ciſtercienſis Leges, præſtat hîc illam referre, quâ vitia, in Pſalmodia facile incurrere ſolita, coercentur: *ne ullus in*

Cho-

---

[1] *Le Cointe Annal. Francor. ad. an. 536. n. 27.*
[2] *Mabillon. de Curſu Gallicano § 1.*
[3] *S. Hieronym. Epiſt. ad Ruſticum.*
[4] *Martene in Regul. S. Benedicti ad cap. 47.*

Choro ante alios incipiat, & nimis currat, aut poſt alios pneuma trahat, vel punctum teneat. Et illa deinde: *Mediocritatem ſervandam, quæ gravitatem redoleat, & devotionem conſervet*. Huc pertinet illuſtre illud Sancti Bernardi aſſertum, qui duplici labe Pſalmodiam infici poſſe animadvertens, *laſcivia*, & *ruſticitate*, de utraque cavenda Monachos admonuit; eoque cantu eos uti præſcripſit, *qui ſic mulceat aures, ut moveat corda*. Quam ad rem præclara ipſe recenſet ad Pſalmodiam recte inſtituendam, non ſolum in Epiſtola 312. ſed etiam in Sermone 47. in Cantica. Cæterum ad aſſerendam Cantus ſimplicitatem majeſtati conjunctam, quam Monachi à ſæcularium Eccleſiis ad ſuas traductam, religioſe tuentur, pluribus non neceſſe habeo. Provoco ad experientiam. Ipſa enim re & ratione facilè poteſt quiſque veritatem explorare. Si eorum Eccleſias divinis perſonantes Officiis adieris, incurrit ſtatim in oculos ſingularis Religioſorum virorum ore habituque modeſtia, in aures gravis diſtinctaque modulatio, in cor dovotus animi ſenſus, atque compunctio.

Hactenus de cantu Monachorum. Nunc ad Monalium Pſalmodiam convertenda oratio eſt. Conſtat ex S. Hieronymo (1), Virginibus illis, quibus Parentis & Magiſtræ loco præerat Paula, mòrem fuiſſe, ſtatis cujuſque diei horis Officii divini penſum abſolvendi. Die tantum Dominico ad Eccleſiam procedebant, ex cujus latere habitabant. Nullæ adhuc Eccleſiæ in his Virginum Monaſteriis extabant. Dominico die cum laicis pergebant ad communem Eccleſiam: quod etiam ipſum de complurimis illius ſæculi Monachis æque conſtat. Non licebat cuiquam illarum Virginum ignorare Pſalmos; & non de Scripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Simul itaque divina Officia cantabant in privatis ædibus. In communi deinde Eccleſia Fidelium vocibus ſuas adjungebant. Ad talem rationem veterum Monialium accedit propriùs inſtitutum traditum Sancti Cæſarii Arelatenſis Regula. Is ad Moniales inſtituendas Regulam evulgavit ſuæ-

[1] *S. Hieronym. in Epitaph. Paulæ.*

ſuæque Sorori Cæſariæ tradidit, quæ Sanctimonialium Cœnobiis præerat in Gallia. Ubi ergo de Pſalmodia agit §. *V.* divinorum Officiorum cantum modumque ſimul canendi præſcribit: *Pſallant*, inquit, *ſapienter*. Quibus quidem verbis hoc ſignificatur, ut reverenter, diſtincte, devoteque pſallant. Concilium Cabilonenſe II. (1) anno 813. Horarum Canonicarum recitationem & cantum Sanctimonialibus commendat. Eadem fere verba deinde uſurpavit Concilium Aquiſgranenſe anno 816. cùm Canonicis idem Horarum penſum abſolvendum præſcripſit. Grancolas (2) veterem, ac recentiorem morem refert, quo in nonnullis regionibus receptum eſt, ut Moniales alterno cantu cum Eccleſiaſticis, vel Regularium Ordinum profeſſoribus, divina celebrent Officia. Cantus vero figuratus, & muſica inſtrumentalis, ſacrarum Congregationum Decretis vetita eſt Monialibus: (3) cantus Gregorianus, & organorum pulſatio permiſſa. Alexander VII. (4) in ea Conſtitutione, qua Muſicam priori formæ reſtituere curavit, de Monialibus ſic ſtatuit: *Volentes, ut Feſtivitates hujuſmodi* (ſcilicet Monialium) *abſque Muſica exteriori omnino celebrentur, adhibito tantum in Choro intentiori cantu, Gregoriano nuncupato; ſive etiam figurato, quoad Antiphonas Veſperorum, pro currenti Feſto, aut Canticum Magnificat, pleno tamen Choro.*

(*q*) *Il Sacro Concilio di Trento....... ove parla dell' iſtituzione de' Seminarj, fra le altre coſe, che preſcrive doverſi inſegnare a' Chierici Seminariſti, annovera ancor quella del Canto.* Pſalmorum recitatio, & canendi in Eccleſia cura, Clericis dumtaxat hodie concredita eſt. In remota antiquitate aliam viguiſſe diſciplinam, ſatis compertum habent eruditi. Primis enim naſcentis Chriſtianæ Religionis incunabulis, Clericorum Pſalmodiæ, ſæculares vocem ſuam, devotique animi contentionem adjungebant. (5) Pro Eccleſia Orientali extat

I lucu-

[1] *Canone 59.*
[2] *Grancolas in Breviar. Roman. lib. 1. cap. 18.*
[3] *Apud Nicolium in Floſculis, verb.* Muſica, *&* *verb.* Cantus; *Vide Angelum à Lantuſca in Theatro Regularium, Verb. Cantus Figuratus.*
[4] *Alexand. VII. Conſtitut. incipien.* Pro commiſſo: *die 24. Sept. a. 1657. §. 2.*
(5) *Conſule Card. Baronium ad an. 51. n. 71.*

luculentum S. Joannis Chryſoſtomi (1) teſtimonium, qui promiſcuum Populi Clerique cantum ſua ætate uſitatum à temporibus Apoſtolicis repetit: *Conveniebant olim omnes, & pſallebant communiter. Hoc nunc quoque facimus.* Ad eamdem conſuetudinem in latina Eccleſia aſſerendam, conſpirat illuſtris Sancti Ambroſii locus (2), ubi ait: *Pſalmorum cantu Virorum, Mulierum, Virginum, Parvulorum, conſonus undarum fragor reſultat.* Sapienti prudentique conſilio Viri tunc temporis Apoſtolici id permiſerunt, cùm alias ob cauſas, tùm etiam, ut importunas in Eccleſia loquacitates coercerent. Verùm, ut ſanctiſſima quæque inſtituta in perniciem animarum verſa ſunt; ita in hanc laudabilem diſciplinam abuſus paulatim irrepſerunt. Duo enim potiſſimum incommoda inde conſequebantur: Primum, quod delicatæ mulierum in tota turba canentium flexiones, virorum potius animos, quàm cælum ferirent; illorumque corda, luxurioſâ fere dixerim modulatione in templis reſonante, reducerent ad vitium. Tradit hæc Sanctus Iſidorus Peluſiota (3), qui ſæculo V. claruit. *Τῇ δὲ τοῦ μέλους ἡδύτητι εἰς ἐρεθισμὸν παθημάτων χρώμενοι, οὐδὲν αὐτὴν ἔχειν πλέον τῶν ἐπὶ σκηνῆς ᾀσμάτων, λογίζονται: Suavitate cantus ad irretandas libidines abutentes, nihilo eum ſcenicis cantilenis præſtantiorem exiſtimant.* Alterum vitium in eo verſabatur, quod in roboanti vocum varietate promiſcuoque cantu, Eccleſiarum moderatores ſæpe animadvertebant præpoſteram confuſionem, & imperitorum ineptias, quæ potius ad riſum, quàm ad fletum, & concipiendam animo religionem, inducebant. Harmonicam enim illam, & Eccleſiaſticæ dignitati congruentem Pſalmodiam, incompoſito ſono corrumpi dolebant, quotquot divini cultus ardebant ſtudio. Ne proinde ejuſmodi licentia in tot deflecteret crimina, juſſæ præcipue mulieres, ut ſe a publico cantu cohiberent. Pſallere quidem vel legere permiſſæ, ſed tacite ita, ut labia quidem lo-

(1) *S. Jo: Chryſoſt. homil. 35 in 1. Corinthior. vid. hom. 1. in cap. 8. Iſaiæ.*
(2) *S. Ambroſius lib. 3. in Hexameron cap. 5.*
(3) *S. Iſidorus lib. 1. Ep. 90.*

loquerentur, vox autem alienas aures non feriret. In antiquis Scriptoribus paſſim proſtant hujus veritatis documenta. Sed contenti erimus teſtimonio Sancti Cyrilli Hieroſolymitani (1), qui claruit ſæculo IV. Poſtquam S. Cyrillus mulierum loca a locis virorum in Eccleſia ſeparanda eſſe ſtatuit, quod attinet ad Cantum, animi ſui ſenſum aperit his verbis: *Mulierem loqui in Eccleſia non permitto: & nupta quoque ſimiliter agat, & oret, labia movendo*. Satis nimia diligentia expendit hæc verba Theophylus Raynaudus in Tractatu *de Sobria alterius ſexus Frequentatione* (2). Renaſcentem in Gallia abuſum Antiſiodorenſe Concilium anni 578. (3) ſuffocav; vetuit enim, ne puellæ in Eccleſiâ cantica exercerent. Eccleſiaſticis deinde decretis definitum eſt, ne omnibus indiſtincte Pſalmos in Eccleſia recitare liceret; ſed per certos in hoc opus adſcriptos, & Eccleſiæ miniſterio alligatos, id explendum eſſet. Concilii Laodiceni hæc ſunt (4) verba, circa annum 320. vel ex aliorum ſententia circa annum 372. celebrati: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλέον τῶν Κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν Ἐκκλησίᾳ: *Quod non oporteat, præter Canonicos Cantores, qui pulpitum aſcendunt, & de Codice legunt, alium quemlibet in Eccleſia canere*. Equidem Cantores, quò commodius a populo audirentur, in eminentiorem locum aſcendebant, & ex libris pro cantu conſcriptis, & in ſuggeſtu collocatis, canebant. Id ſcilicet ſibi volunt illa verba, *qui Pulpitum aſcendunt, & de Codice legunt*. Horum ſonus pronunciationi magis, quàm cantui accedebat. Vocem quodammodo inflectebant, fere ut hodie in Collectis, Præfationibus, atque Pſalmis fieri ſolet.

Hoſce Cantores Confeſſorum & Canonicorum nomine ſæpe Conciliorum Canones cohoneſtant. Ideo *Canonicos* dicunt, quia lege quadam conſtituti ſunt; vel quia *Canoni*, id eſt,

I 2 Ca-

(1) *S. Cyrillus Hieroſol. Præfat. in Catecheſ.* 14.
(2) *Cap.* 8. *Conſule etiam cap.* 15.
(3) *Concil. Antiſiodorenſe Can.* 9.
(4) *Concil. Laodicenum Can.* 15.

Catalogo Eccleſiæ eſſent adſcripti: *Confeſſores* autem appellant; quia confiteri in Sacris Litteris perinde ſit, ac laudes Deo pſallere. In Euchologio Græcorum proſtat Ritus, quo quis Cantorum numero accenſeri ſolet. Cantoris, & Lectoris diverſum eſt apud Græcos officium, quòd unus legat, alter pſallat; ſed idem nihilominus Ordinationis ritus, hoc inter utrumque interjecto diſcrimine, quod alteri liber Epiſtolarum, alteri Pſalterii codex præbeatur. Maronitis alia Lectoris, alia Cantoris ordinatio. De Lectoris in latina Eccleſia ordinatione & officio, & quam ob cauſam ordinibus minoribus additi ſint Cantores, egregie Thomaſinus (1). Clarus Vir Edmundus Martene (2) cenſet, Pſalmiſtarum ordinem ab annis circiter trecentis fuiſſe extinctum, & ad meram inſignium Eccleſiarum dignitatem redactum. Crevit quidem in dies dignitas Cantoris, & eò demum venit, ut in Eccleſiis Cathedralibus primaria functio eſſet divinorum Officiorum decantatio. Ne Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cantorum munere fungerentur, Sanctus Gregorius Magnus (3) decrevit; ſed Subdiaconos, & minores Ordinum Clericos huic miniſterio addixit; Diaconos vero Eangelicæ lectionis officio inter Miſſarum ſolemnia exſolvendo mancipavit. Gregorii Decretum de ſolo cantus ſtudio, & accurata vocis modulatione intelligendum eſt, non de publica in Choro Pſalmodia; recte enim animadvertit Sanctiſſimus Pontifex, plus ſtudii hactenus collatum fuiſſe in cooptanda Eccleſiæ blanda voce, quàm in adſcribendo Clericorum Catalogo, viro bonis moribus ornato. Cenſuit præterea, ſalva decoris lege, aſſumi non poſſe Diaconum, ætate ac dignitate gravem, ad ſuaviſſime canendum: Cantoris officium in pueris & junioribus Clericis potiùs conſiſtere, quos non dedecet ſuavi mudulationi vacare.

Sed ad Canonem Laodicenum, unde parumper diſceſſimus, redeamus. Nec ſtatim, nec ubique eum fuiſſe receptum, fidem

---

(1) *Thomaſin. Eccleſ. diſcipl. par. 1. lib. 2. cap. 30. n. X. & cap. 73. n XI.*
(2) *Martene de Antiq. Eccleſ Ritib. to. 2. lib. 7. cap. 8. art. 8. n. 4.*
(3) *S. Gregor. M. relat. à Gratiano diſt. 92. can. 2. In Sancta.*

dem faciunt plura Sanctorum Patrum teſtimonia. Sanctus Joannes Chryſoſtomus (1), pſallentis populi cacophoniam & immodeſtiam vehementiori ſtylo redarguens; non eum admonet, ut ſilentium agat, ſed ut ſcite modeſteque concinat. Idem Doctor, tum Baſilius, & Hieronymus, Feſtorum ſolemnium vigilias ex populorum cantu atque frequentia deſcribunt. Sanctus Cæſarius Arelatenſis (2), ut laicis occaſionem adimeret fabulas in Eccleſia effutiendi, inepteque blaterandi, eos compulit ad promendum Pſalmos & Hymnos, quos altà & modulata voce, inſtar Clericorum, canerent. Itaque veri ſimilius videtur, pleraſque Eccleſias ſæculo VI. Laodiceni Concilii Canonem adoptaſſe: ad ſæculum autem uſque ſextum Cantores, a Laodicena Synodo deſignatos, cantum ad minus moderatos fuiſſe, populoque ad ea, quæ canenda erant, præiviſſe, ego quidem cenſeo (3). Valida ſunt argumenta, quibus evincatur, ſolos Clericos eo jam tempore ad canendum fuiſſe adlectos: & quidem de Eccleſia Conſtantinopolitana conſtat ex Divali Juſtiniani Conſtitutione (4), quâ Clericos ad ſuum pſallendi munus recte implendum, graviſſimis verbis urget: quinque enim & viginti Cantores ibi conſtituerat Juſtinianus. In Gallia promiſcuus omnium fidelium Cantus deſcribitur a Venantio Fortunato, qui claruit anno 560. in carmine ad Clerum Pariſiacum, his verbis: *Pontificis monitis, clerus, plebs pſallit, & infans*. At à pleriſque Gallicanis Eccleſiis in fine ſæculi Sexti, ſeu paucis poſt Cæſarium annis, ille Ritus rejectus videtur. Cæſarius, qui populum ad canendum excitaverat, obiit anno 542. (5). At Antiſiodorenſis Concilii (habiti anno 578.) Canone IX. cautum eſt: *non licere in Eccleſia Choros ſæcularium vel puellarum, cantica exercere*. Itaque, vel ante Antiſiodorenſe Concilium

pau-

(1) *S. Jo: Chryſoſt. Tom. 1. in Verba Iſaia*, Vidi Dominum.
(2) *Cypr anus in Vita S. Cæſarii Arelatenſis*.
(3) *Vide Auctorem Notarum ad Canones collectos* in delectu Actorum Eccleſiæ Univerſalis, *to. 2. pag. 61.*
(4) *L. omnem 49. 6. de Epiſc. & Cleric.*
(5) *Cave de Script. Eccleſ. in Cæſario Arelat.*

paucis poſt Cæſarium annis promiſcua canendi conſuetudo fuerat ablata, ut cenſet Cardinalis Bona (1), & renaſcentem abuſum Concilii Sanctio compreſſit: vel ea primum ſanctione novum Eccleſia ritum adoptavit. Utcumque de re iſta ſtatuas, Antiſiodorenſis Canon non arriſit aliis per Galliam Eccleſiis; nam ſubſequente ætate idem abuſus iterum emerſit. Quid hac in re decernendum eſſet, non videbat Pipinus; hærebatque animo, num eſſet permittenda mulieribus in Eccleſia Sacrarum Scripturarum lectio, & cantus. Quare Summum Pontificem Zachariam ſciſcitatus eſt, utrum *liceat, eas ad Miſſarum ſolemnia, aut Sabato Sancto, publice lectiones legere, & ad Miſſas pſallere, vel alleluja, vel Reſponſorium*. De Monachis, id eſt, Ancillis Dei rogavit Pipinus: at de omnibus fæminis legem ferens Zacharias (2), *nefas eſſe*, reſpondit, *fæminas ſacris Altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officiis deputata, præſumere*. Laudat Pontifex quoddam S. Gelaſii decretum; tùm renaſcentem abuſum in Gallia deteſtatur, atque redarguit: *nihilominus* (ait) *impatienter audivimus tantum ſacrarum Rerum ſubiiſſe deſpectum, ut fæminæ ſacris Altaribus miniſtrare ferantur; & cuncta, quæ nonniſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit, exhibere*.

Longe aliam inivit rationem Capitulare Caroli Magni (3). Cum enim experientiâ compertum eſſet, rem eò redactam, ut ad tollendas paganicæ ſuperſtitionis reliquias, quæ in Ritu funerum apud Gallos adhuc ſupererant, promiſcuus virorum & mulierum cantus eſſet permittendus, ab uſitato per Eccleſias more aliquandiu recedendum fuit, permiſſæque mulieres in pompa funebri alternis choris cantare cum viris, donec Galli purioribus Chriſtianæ Religionis ritibus eſſent undequaque perfecte inſtituti. Nec propterea Eccleſiaſticæ diſciplinæ vulnus inflictum eſt. Uſus rei indiferentis ad tempus alicu-

(1) *Card. Bona Rer. liturgic. lib. 1 cap. 25. n. 19.*
(2) *Epiſtola Zacharia ad Pipinum apud Harduinum to. 3. Concil. pag. 1889.*
(3) *Capitulare Caroli M. 197. Inter Capitul. Reg. Francor. collecta per Balutium lib. 6 pag. 997. Vide Grancolas in Breviar. Roman. l. 1 cap. 18.*

cubi permiſſus, diſciplinam non evellit, nec deſtruit, quando præſertim inſequens ætas novas Conſtitutiones exhibet, antiquiori rectæ conſuetudini robur adjicientes. Theodorus etiam Cantuarienſis Archiepiſcopus ſæculo VII., cui prima cura fuit Eccleſiæ Anglicanæ faciem pulchriorem reddere, inter ſelecta apud Dacherium Capitula, ſtatuit, *quod laicus in Eccleſia non debeat recitare lectionem*. Extat inſuper Leonis P. IV. (1) nono ſæculo Decretum ad Epiſcopos & Presbyteros, quo ſeveriſſime animadvertendum cenſuit in eos, qui cantum & choros mulierum in Eccleſia, ejuſve atrio haberi ſinunt.

Rejectis igitur ab Eccleſia mulierum & laicorum virorum vocibus, Clerici dumtaxat Pſalmodiæ addicti fuerunt. Hos idcirco Eccleſiaſticis diſciplinis, cantuſque arte inſtituendos in Seminariis, Tridentinum Concilium decrevit. Quam quidem canendi diſciplinam tam nobilem eſſe, utilemque tradit Rabanus Maurus (2), ut eum qui ea caruerit, Eccleſiaſticum munus recte implere non poſſe fateatur. Hinc plurimarum Synodorum Sanctionibus cautum eſt, neminem, qui cantu Gregoriano edoctus non ſit, ſacris Ordinibus inaugurandum. Vide Synodicon Beneventanum (3), & Concilium Provinciale Romanum anni 1725. *Tit.* 111. Hujus quidem diſciplinæ multa ſe nobis offerunt in remotiori etiam ætate veſtigia, a quibus recenſendis abſtineo. S. Gregorius Magnus (4) Epiſcopatui in Samnio quemdam eo facilius præfecit, quod Pſalmodiæ ſtudio laudaretur. At ſeveriori cenſura uſus idem Sanctus Pontifex, Epiſcopos & Presbyteros urget, ut Pſalterium memoriter teneant. Ideo Joannem Presbyterum Epiſcopali infula ornare recuſavit (5), quod Pſalterium non didiciſſet: & alteri Joanni in Epiſcopum electo manus ad conſecrationem tandiu imponere detrectavit, quamdiu reſcivit quo ſtudio pſalmos eſſet aſſecutus (6). Profecto dederat operam Pontifex Hormiſ-

(1) *Leo IV. Epiſt. de Cura Paſtorali ap. Labbeum Concil. General. edit. Pariſ. To. VIII. pag* 37.
[2] *Rabanus Maurus de Inſtit. Cleric. lib.* 3. *cap* 24. *de Muſica.*
[3] *Synodicon Beneventan. par.* 1. *tit.* 4. *cap.* 4. *tit.* 29. *cap.* 6. *&* *par.* 2. *notificat.* 4. 1705.
[4] *Greg. M. lib.* 9. *Ep.* 13.
[5] *Idem lib.* 1. *Ep.* 45.
[6] *Idem lib.* 8. *Ep.* 54.

miſda (1), ut Clerici Pſalterium memoriæ commendarent; & Gregorius III. (2) hoc ornatur encomio, quod Pſalmos omnes memoriter teneret.

Tridentinum Concilium mitius agens, non poſtulat à Clericis, ut Pſalterium memoriæ commendent; ſed ut cantûs diſciplinam ediſcant. Illius autem mens non eò recidit, ut Clerici fallant tempus, molli otioſaque ſegnitie diffluant, inanique voluptate paſcant aures; ſed laudatiſſimum illud Decretum hanc habet rationem, ut iidem Clerici cæleſtes delicias deguſtare, & fidelium ad Eccleſiaſtica officia confluentium excitare valeant pietatem. Hinc Moderatorum culpæ adſcribendum eſt, ſi cùm pueros, Parochorum aut Concionatorum numero ſuo tempore accenſendos, inſtituunt, plus diligentiæ conferunt in cantus, quàm in ſacrarum Litterarum, & Canonum diſciplina eis tradenda. Etenim ex Sancto Thoma (3) nobilior modus eſt provocandi homines ad devotionem per doctrinam & prædicationem, quàm per cantum. Et quidem Caroli Magni Capitulare (4) in eos Epiſcopos & Monachos accuſationes ſtruit, qui plus ſtudii impendunt, ut ſui Clerici vel Monachi bene cantent, quàm ut ſacris Litteris vacent. Nemo prudens non dolet eorum Cantorum ſortem & ignaviam, qui à teneris unguiculis ætatem omnem ad canitiem uſque terunt voci acuendæ, frangendæ, expoliendæ; totique in eo ſunt, ut aures ſuas & alienas inani modulatæ vocis voluptate titillent: *& ob hoc*, inquit Agobardus in ſuo Antiphonario, *ventoſi & inflati incedunt*. De pueris Choriſtis integrum Titulum exhibet Concilium Bituricenſe anni 1584. Eos recte inſtituendos hanc ob cauſam præſcribit, ne Eccleſiæ extraneos Cantores ad divina Cantica celebranda admittere cogantur: *Ut Eccleſiæ benè eruditorum filiorum numero exornatæ, errones Cantores, offendiculi occaſionem præbere ſolitos, admittere non cogantur*.

§. IV.

---

[1] *Anaſtas Bibliothecar. in Hormiſda.*
[2] *Id. in Gregorio III.*
[3] *S. Thom. 2. 2. q. 91. art. 2. ad 3.*
[4] *Carolus M. in Capitul. a. 811.*

§. IV.

LA terza coſa, che è d'uopo che da Noi ſiale avvertita, ſi è, che eſſendo già introdotto nelle Chieſe il canto muſicale (*a*), accompagnato coll'organo e cogli altri ſtrumenti, eſſo almeno non ſia profano o teatrale. Non è in tutto il Mondo Criſtiano vigente l'uſo dell'organo, e degli altri ſtrumenti muſicali nelle Chieſe. Non parliamo del rito Greco de' Ruſſi (*b*), che nelle loro Chieſe non tengono organo, nè altri ſtrumenti muſicali, come atteſta il P. le Brun *nel tom.* 2. *della Spiegazione della Meſſa*, *alla pag.* 215. La noſtra Pontificia Cappella (*c*), com'è noto ad ognuno, ammette il canto muſicale, ma ſenza l'organo: il che anche vien' avvertito dal P. Mabillon nel ſuo Muſeo d'Italia *tom* 1. *pag.* 47. §. 17.: *Dominica Trinitatis Cappellæ, ut vocant, Pontificiæ interfuimus &c. nullus organorum muſicorum uſus in hujuſmodi Sacris, ſed ſola vocum muſica, eaque gravis, cum plano cantu admittitur*. Riferiſce il Grancolas *nel ſuo Commentario iſtorico ſopra il Breviario Romano al cap.* 17. che anche oggidì nella Francia ſi ritrovano alcune Chieſe inſigni, che non vogliono organo o canto figurato: *Sunt tamen ad hanc diem inſignes in Gallia Eccleſiæ, quæ organorum & muſices uſum ignorant*. La gran Chieſa di Lione (*d*), che ſem-

K pre

pre è ſtata alle novità contraria, ſino al giorno d' oggi ſiegue la traccia della Pontificia Cappella, nè ha mai voluto l' uſo dell' organo. *Conſtat igitur ex dictis, nec ſtatim ab initio, nec ubique recepta fuiſſe muſicalia inſtrumenta; nam etiam nunc Romæ in Sacello Summi Pontificis ſemper ſine inſtrumentis Officiorum ſolemnia celebrantur, & Eccleſia Lugdunenſis, quæ novitates neſcit, ſemper organa repudiavit, neque in hunc diem aſcivit*: ſono parole del Cardinal Bona nel ſuo Trattato *de Divina Pſalmodia al cap*. 17. §. 2. *num*. 5. E però non vi vuol molto a comprendere il concetto, che faranno di noi que' foreſtieri (*e*), che venendo da que' paeſi, ne' quali non uſano nelle Chieſe gl' iſtrumenti muſicali, ne ſentiranno il ſuono nelle noſtre Chieſe in tutto e per tutto ſimile a quello de' teatri. Capiteranno pure foreſtieri, che vengono da' paeſi ne' quali ſi canta e ſi ſona nelle Chieſe loro, come per appunto ſi canta e ſi ſona preſentemente nelle noſtre. Ma, ſe queſti ſaranno uomini di buon ſenno, non potranno non deplorare di non aver ritrovato nel canto e ſuono delle noſtre Chieſe il rimedio a quel male, che hanno richieſto, e non ottenuto nelle loro: imperocchè, ciocchè ſiaſi della gran controverſia ſopra il canto figurato (*f*) e ſopra l' uſo degl' iſtrumenti nelle muſiche delle Chieſe, nel che alcuni l' hanno riprovato e lo riprovano, altri l' hanno loda-

to

to e lo lodano: non v'è però veruno, che non condanni il canto teatrale nelle Chieſe, e non richieda una gran differenza fra il canto Eccleſiaſtico, e quello delle ſcene.

COMMENTARIUS.

DE plana & ſimplici canendi diſciplina hactenus egit Pontifex. Nunc de Muſica, & de Inſtrumentis, cantui muſico accommodatis, ſermonem inſtituit.

(a) *Eſſendo già introdotto nelle Chieſe il Canto Muſicale accompagnato coll' Organo, e cogli altri Strumenti, eſſo almeno non ſia profano, o teatrale*. Prima ætate Eccleſiæ Chriſtianorum nec ſuavi modulatione, nec muſicis inſtrumentis perſtrepebant. Conſtat enim per priora tria Chriſtianæ Religionis ſæcula, Pſalmos ita modico vocis flexu decantatos fuiſſe, ut pſallens pronuncianti vicinior eſſet quàm canenti: quod & alibi obſervavimus. Muſicis primum numeris Pſalmos concluſos fuiſſe tradunt, cum hæretici cantu muſico, muſiciſque inſtrumentis, tamquam aurium lenociniis, uti cœperunt, ut Catholicos ad eorum templa adeunda allicerent, atque invitarent. Sanctiſſimi Catholicorum Antiſtites, ut imbecillium hominum aures, harmonico ſonui nimium indulgentes, a Templis hæreticorum luſtrandis coercerent, Choros muſicos, ad harmoniam canentes, ſuis in Eccleſiis inſtituendos eſſe cenſuerunt, uti Nicephorus (1) ſcribit. Profectò Theodoretus (2) memoriæ prodidit, Hammonio hæretico, plures Syros in partes ſuas attrahente ob cantum muſicum, ſuis in Conventibus uſitatum, Sanctum Ephræm Syrum Muſices diſciplinam in Eccleſia inſtituiſſe, qua populum in Catholica fide retineret. Eadem de cauſa muſicos in ſuis Eccleſiis modos cantionibus hæreticorum opponere coactos fuiſſe ſanctiſſimos Præſules, Flavianum nem-

(1) *Nicephor. hiſt lib. 9. cap. 16.*
(2) *Theodoretus lib. 1.*

nempe Antiochiæ, Chryſoſtomum Conſtantinopoli, & Ambroſium Mediolani, Chriſtianus Lupus, Creſſclius, & Sarnellus produnt ex veteribus monumentis. Conſule etiam Mabillonium in diſquiſitione de Curſu Gallicano. Jam verò Leonis Magni ætate modulationes vocum ad ſymphoniam flectebant. In Sermone enim de Cathedra S. Petri (1), quò major feſtivitati veneratio conciliaretur, optavit Sanctus Pontifex, ut omnes ſuavioribus concentibus eam ſtuderent concelebrare: *Hinc ergo ſuaviter modulantium ſymphoniæ reſonent*.

Nunc de muſicorum Inſtrumentorum uſu in cultû Eccleſiaſtico. Serius illa quidem, quàm armonica modulatio, in Eccleſias invecta fuiſſe, fatentur omnes. De tempore controverſia eſt. In re tamen ancipiti id ratum definitumque eſt, a muſicis inſtrumentis abhorruiſſe prima ætate Chriſtiani nominis cultores, quòd ea Infideles in Theatrorum, Sacrificiorum, aliarumque id genus feſtivitatum uſum traducerent. Hinc e veſtigio occurrunt veterum Patrum gravia dicta, muſica Inſtrumenta omnino improbantium, aut eorum uſum certis cautionibus circumſcribentium. Chriſtianus Pædagogus (2), quamvis vetet Chriſtianis eſſe communia, quæ in Ritibus Gentilium ſunt uſitata, atque in univerſum inſtrumenta muſica improbare videatur, cenſeatque *ſolius vocis humanæ cantum* in re eccleſiaſtica eſſe adhibendum; nihilominus, ſi eiſdem inſtrumentis recte pieque, ut Chriſtianam modeſtiam decet, Fideles utantur, illa ut in uſum deducant, ultro permittit. Ait enim: *Et ſi ad Lyram, & Citharam canere, & pſallere noveris, nulla in te cadat reprehenſio*. Aurelius Prudentius, qui claruit anno 390. in Apotheoſi adverſus Judæos, Organa *diſparibus calamis*, cæteraque muta inſtrumenta, ad Chriſtum Dominum laudandum invitat his verbis, *muta etiam fidibus ſanctis animata loquantur*. Hinc tamen æſtimare non licet, perſonaſſe tunc temporis muſicis inſtrumentis Chriſtianorum Eccleſias. Hoc tantum ſane colligitur, organa, quæ diſparibus con-

[1] *Cap. 2.*
[2] *Clemens Alexandr. in Pædagog. cap 4. lib. 2.*

conſtabant calamis, quarto Chriſti ſæculo viguiſſe.

Inter Leonis Magni opera aliquod Eccleſiaſticæ muſice inſtrumentalis nonnullis ſeſe offert veſtigium. Teſtimonium S. Leonis (1) eſt hoc: *Inſidioſo ſono, & mollibus ictibus pulſantur auditus, ut animi ſoliditas illecebroſa modulatione ſolvatur, & lethalium conſuetudine ſuavitatum, incauta & parum ſobria corda capiantur*. Verùm, ut libere dicam quod ſentio, integram Sanctiſſimi Pontificis orationem accurate percurrenti, plane conſtabit, nil inde noſtrum argumentum juvari poſſe: Non enim ad ſonos Eccleſiæ muſicos pertinent S. Leonis verba, ſed ad alios quoſcumque, quibus, tamquam telis, Chriſtianorum corda ad mortiferam plagam Cacodæmon petere ſolet.

Ad ſæculum itaque ſextum progredientibus, in oculos ſtatim incurrit illuſtris Venantii Fortunati (2) Pictavienſis Epiſcopi locus, ex quo aſſequi certò licebit, aliquas ſaltem tunc temporis Eccleſias muſicis inſtrumentis perſtrepuiſſe. In ampliſſimi Cleri Pariſienſis laudes erumpens Venantius, ejus in primis majeſtatem in ſacris obeundis muneribus, ſonoris carminibus commendat. Tum Germanum Antiſtitem ſacris indutum veſtibus, & Clericorum corona circumfuſum, repræſentat. *In medio Germanus adeſt Antiſtes honore..... Velut alter Aaron*. Pergit, & populi ad Eccleſiam ſeſe effundentis frequentiam enarrat: *colligit ad caulas Paſtor opimus oves*. Tandem Pſalmorum Cantum, inter Muſicorum ſtrepitus reſonantem, his verſibus celebrando, proſequitur:

Stamina Pſalterii lyrico modulamine texens
Verſibus orditum carmen amore trahit.
Hinc puer exiguis attemperat Organa cannis;
Inde ſenex largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miſcentur acutis,
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.
Tympana rauca ſenum puerilis tibia mulcet,
Atque hominum reparant verba canora lyram.

Quod

[1] *Sermone 4. de Jejunio ſeptimi menſis.*
[2] *Venantius Fortunatus lib. 2. carmine 19. ad Clerum Pariſiacum.*

Quod probandum mihi ſumpſi, exſcripti verſus (ni mea me fallit opinio) luculenter demonſtrant. Inde etiam ſapientiſſimorum Antiſtitum ſtudium in res ſacras clarius elucet. Scilicet Sancti Patres, cum Templi reverentiam amplificarent, ad mores hominum inſtituendos, atque perinde ad animos exultatione virtutis in cultum Domini trajiciendos, non concentuum dumtaxat, ſed & inſtrumentorum modos adaptarunt. Illud etiam vel hinc plane intelligi poteſt, quod muſica hujuſmodi modulatio fuerit præſertim inſtituta, principiò hæretica fraude doloque; & magis, quám pro piis hominibus, pro carnalibus ſanè & profanis; recepta dein ab Eccleſia, *ut* (quemadmodum ait Rabanus Maurus,) (1) *qui verbis non compunguntur, ſuavitate modulaminis moveantur*.

Vix prodit in lucem hoc harmonicæ modulationis genus, cum in theatrales concentus, ac molliorem omnino cantilationem, quàm poſtulat Templorum Majeſtas, non modo degeneravit, ſed cultum etiam ſacrum deturpare cœpit.

Quare, ſtatim hæc vitia declamationibus ſuis inſectati ſunt Sancti Patres, magnamque adhibuerunt diligentiam, ut Cantus Eccleſiaſticus, omnibus numeris abſolutus, ad rectam rationem componeretur. Auctor Quæſtionum, quæ S. Juſtino tribui ſolent, S. Hieronymus, S. Iſidorus Peluſiota, Rabanus, & alii quamplurimi, de mollioribus & effæminatis cantibus in divina Officia invectis, acerbiùs conqueſti ſunt, graviqueque cenſura, ac vehementiori ſtylo Muſicos unà & Auditores objurgarunt: illos de levitate, quod corruptos ac effæminatos cantus, loco gravis & modeſti concentus, introduxiſſent, hos de vana curioſitate, quod oblectationis aurium rationem potius haberent, quàm ſpiritualium animæ affectuum. Hinc S. Athanaſius perſonantem per omnes Eccleſias ſacram Symphoniam ſtatim ac in theatralem abire animadvertit, eam exulare juſſit ab Eccleſia Alexandrina; & priſtinum virilem cantum, qui parum a ſimplici pronunciatione diſtaret, veluti poſtli-

---

[1] *Rabanus lib. 2. de Inſtitut. Clericor. cap. 48.*

liminio revocavit, teſte S. Auguſtino (1). Parum imo abfuit, quin idem S. Auguſtinus, ut ipſe ſcribit (2), fractas has modulantium voces, gutturiſque minuritiones a ſuo Hipponenſi Clero ablegaret. Quod igitur mirari debes; non hæc tantum noſtrorum temporum vitia ſunt; ſed vel ipſo æræ Chriſtianæ ſæculo IV. nata, ac mox deplorata fuerunt. Mitius hac in re agendum cenſuerunt Concilia, quæ, Muſices diſciplina retenta, ſaluberrimis Decretis immodeſtæ cantilenæ occurrerunt; & priſcum Ordinis decorem ad Divinæ Majeſtatis obſequium revocare ſtuduere. In promptu eſſent plurium Synodorum Conſtitutiones, quas, ne nimis vagari videar, lubens omitto. Unum exhibeo luculentum Synodi Avenionenſis (3) anno 1594. teſtimonium, cujus verba ſunt : *Muſices numeros ad pietatis ſenſum permovendum ſalubriter adhibet Eccleſia. Quapropter ejus ſtudium in cunctis Eccleſiis non ſolum permittimus, verum etiam in dies augere exoptamus. Ea tamen obſervatio habenda eſt, ut non ad modulos profanarum cantionum tum Pſalmi, tum cætera Eccleſiaſtica occinantur.*

De eviratione puerorum, cantûs tantummodo gratia, quid decernendum ſit, quærere quis poſſet. Sermo non eſt de iis, qui Barbarorum injuria, vel neceſſaria Medicorum ope exciſi ſunt, quos permanere in Clero, vel etiam ad ipſum aſſumi, ſi fuerint clari virtutibus, Synodus Nicæna (4) permittit. Sed de Eunuchis ſpontaneis dicendum, qui ad ſuaviſſimum vocis lenocinium aut comparandum aut retinendum, & ob neceſſitatem vocis acutæ ad muſicos concentus, ſive ad lucrum inde captandum, audaciores evadunt ſui homicidæ, ſuaque fere manu in propria membra armatâ dire ſæviunt; quos quidem irregularium Claſſi Concilia adſcribunt. Sunt ex Caſuiſtis, qui tradunt, licitam eſſe exectionem, ſi vitæ periculum abſit : ſi pueri ſui juris ſint, polleantque uſu rationis, atque in exectionem conſentiant. Theophylus Raynaudus immor-

(1) *S. Auguſtin. lib. 10. cap. 13. Confeſſion.*
(2) *Ibidem.*
(3) *Tit. 35. de Cantu Eccleſiaſtico.*
(4) *Synodus Nicæna a. 325. can. 1.*

Digitized by Google

mortalis nominis vir, in Tractatu *De Triplici Eunuchiſmo*, contendit, & gravibus quidem rationibus adductus, contrariæ ſententiæ omnino adhærendum. Si enim ad ſervandam continentiam, & ad damnum ſpirituale vitandum exectio improbatur, potiori jure illicita cenſenda eſt ob inopiam vitandam, & ob lucrum temporale captandum, ſive ob diuturnius vocis acumen, ad muſicos concentus neceſſarium, retinendum. Quædam crimina, ex ipſorum Barbarorum legibus, exectione tamquam pœna fuiſſe mulctata, erudite tradit Chriſtianus Lupus (1), qui ad rem noſtram ſic ſtatuit (2): *Longe minus evirandi ſunt pueri, ut mimice in Eccleſia cantent, & extra illam flagitioſiſſime vivant. Evirationis facinus ùt verum homicidium damnant Romanæ leges; adeoque talis in Eccleſia cantus quid aliud eſt, niſi barbaro quorumdam Gentilium more, proprios Deo filios immolare?* Conſule eumdem in Scholiis ad Can. 1. Nicænum. Quod Muſicorum voci raro concinant mores, ante Chriſtianum Lupum etiam alii conqueſti ſunt. Diogenes Cynicus (3) Muſicos in Jus vocabat, quod cum lyræ chordas congrue aptarent; animi mores inconcinnos haberent. Alvarus Pelagius (4) ſcribit, *vix vidiſſe bonum Cantorem, quin fuiſſet incarceratus propter immunditiam*. Ac tandem, ut ab aliis recenſendis abſtineam, Durandus (5) adverſus Muſicos ſui temporis, eos præſertim, qui canebant in Eccleſia, hanc inſtituit querelam: *Hodie, dolenter refero, in Eccleſiis Muſici, qui Cantorum vice funguntur, omnium hominum diſſolutiſſimi ſunt: adeo ut adagium populo dederit, muſice vivere, hoc eſt, diſſolute & effœminate*. Hæc de moribus Muſicorum ſuperioris ævi dicta velim.

(*b*) *Non parliamo del Rito Greco de' Ruſſi, che nelle loro Chieſe non tengono Organo, nè altri ſtrumenti muſicali.* Nullam Græcæ Eccleſiæ Liturgiam, nullum Ritualem librum oſten-

(1) *Chriſtianus Lupus differtat. de S. Leonis IX. actis, to. 4. pag. 405.*
(2) *Id. in notis ad Can. 75. Concilii Trullani, to. 3. pag. 138.*
[3] *Laertius lib. 6.*
(4) *Alvarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ lib. 2.*
[5] *Durandus de Ritibus lib. 3. cap. 21.*

oſtendas, qui muſicalium Inſtrumentorum mentionem habeat. In vetuſtiſſimis ſæculis nullum eorum veſtigium ſe nobis offert. Ignota itaque ea fuiſſe Græcis in cultu Eccleſiaſtico, dicendum eſt. *An Organa* ſaltem fuerint in uſu, addubitari poteſt. Codinus quidem eorum in Eccleſia perſonantium, aperte meminit. Verum, cum nullum verbum apud alios Scriptores Byzantinos occurrat, ſicuti Dufreſne (1) notavit, iis perpetuo caruiſſe Græcos quiſque prudens ſtatuet. Vetera enim monumenta ſilent; & ſine teſtibus idoneis de antiquarum rerum veritate decernere, prudentis viri non eſt. Hactenus de Organo in cultu Eccleſiaſtico nobis ſermo fuit. Nam ad profanum uſum adhibitum fuiſſe organorum ſonum Conſtantinopoli, nemo in diſcrimen vocat. Inſtrumenta Organica in Urbe illa fuiſſe primum adinventa, Walafridus Strabo (2) ſcribit; inde verò in Galliam invecta fuiſſe, alio loco probabimus.

Notis certe Muſicis non caruerunt Græci. Earum ſpecimina ſæculi XI. exhibet Montfauconius (3). Extant in Vaticana Bibliotheca nonnulli hujuſmodi Notarum Codices manu exarati. Plures ſe vidiſſe refert laudatus auctor in aliis Italiæ & Galliæ Bibliothecis. Et quidem antiquæ Muſicæ octo auctores Græcos edidit, reſtituit, notiſque explicavit Marcus Meibomius typis Elzevirianis. Etenim canendi rationem Græci inſtituunt ſonoram, planam, & gravem, cum modico gratoque flexu vocis; ſed ita quidem, ut rerum, quæ cantantur, ſenſum voce, pietatem ore repræſentent. Ad majorem etiam ſuavitatem efficiendam, melicam canendi artem in ſuis Orientalibus Eccleſiis cum muſicarum notarum varietate quandoque Græci exercent, ſed quieſcente cujuſque generis Inſtrumentorum ſtrepitu.

(c) *La noſtra Pontificia Cappella, come è noto ad ognuno, ammette il Canto Muſicale, ma ſenza l' Organo.* A ſolemnibus

 Sa-

[1] *Dufreſne Gloſſar. Med. & infim. Latinitat. Verb.* Organum.
(2) *Walafridus Strabo Deſcript. Baſilica Aquiſgranenſis.*
(3) *Montfaucon. Paleograph. Graca lib. 5. cap. 3. de notis muſicis.*

Sacris Romani Pontificis, atque a Pontificio Sacello Inſtrumenta muſica & Organa omni ætate abfuerunt. Honoris & prærogativæ jura, quæ Summi Pontifices Collegio Cantorum attribuerunt, recenſet Andreas Adami in Præfatione hiſtorica præfixa Obſervationibus de ratione & ordine pſallendi in Pontificio Sacello. Idem auctor nonnullos Collegii ejuſdem Primicerios, Epiſcopalibus infulis ornatos, atque ſolii Pontificii, ut vocant, Aſſiſtentes, ab Innocentio VIII. ad Sixti uſque V. Pontificatum enumerat. Sixtus V. anno 1583. (1), hac dignitate in ordinem redacta, Cantorem unum ex ipſa Schola, ſingulis annis eligendum, Cantorum magiſtrum conſtituit: ac Præfectum, unum ex S. R. E. Cardinalibus deſignavit, in cujus clientelam Cantorum Scholam adſcivit. Ejuſmodi Cardinalium Catalogo, quem exhibet Andreas Adami, accenſendus eſt Eminentiſſimus Alexander Albani, ſingularis prudentiæ, humanitatis, cæterarumque virtutum laude præſtantiſſimus. Innocentius XI. (2) anno 1687. prohibuit, ne libri Muſici ex Archivio Cappellæ Pontificiæ extrahantur. Alexander VIII. (3) anno 1690. pro tutiori librorum cuſtodia quædam Decreta edidit. Innocentius XII. (4) anno 1699. quamplurimis decretis, è Collegio Cantorum Cappellæ Pontificiæ variis temporibus ad rectum ipſius inſtitutum vulgatis, robur adjecit. Antimus Liberati (5), ex cantoribus Pontificii Sacelli, refert ſe Alexandri VII. juſſu elucubraſſe Tractatum de ſtatu Collegii Cantorum, quem eidem obtulit, & in Ghiſianam Bibliothecam invectum fuiſſe ait.

(*d*) *La Gran Chieſa di Lione, che ſempre è ſtata alle novità contraria.* Lugdunenſis Eccleſia, quæ novitates neſcit, antiquiſſimis ſuis inſtitutis tam mordicus adhæſit, ut vel ſolam contrariam exiſtimationem à ſe amoliri curaverit. Illius Sedis Antiſtites eorum audaciam fregerunt, qui ſimile quidquam ſcri-

(1) *Sixtus V. Conſtit.* 56.
(2) *Innocen. XI. Conſtit.* 189.
(3) *Alexander VIII. Conſtit.* 32.
(4) *Innocen. XII. Conſtit.* 184.
(5) *Antimus Liberati, in Reſponſione ad Ovidium Perſapegi. Extat inter miſcellanea in Bibliotb. Caſanatenſi to.* 56.

Digitized by Google

ſcribere tentarunt. Ineptus quidam cenſor (quem Baluzius Amalarium fuiſſe putat) Lugdunenſem Eccleſiam verbo ſcriptiſque lacerabat, quaſi non recte nec more majorum divina Officia perageret. Agobardus Archiepiſcopatui ſuffectus anno 816. inſulſam calumniam excuſſit, ſuæque Eccleſiæ antiquam in cantando obſervantiam adverſus ſcioli objectiunculas, erudite defendit. Librum inſcripſit *de Divina Pſalmodia*. Idem fere argumentum verſat in altero opuſculo, *De Correctione Antiphonarii*: ubi Amalarii librum carpit ſtylo nimis aculeato. In eumdem inſurgit in alio Opuſculo, cui titulus: *Contra Libros quatuor Amalarii, ſcilicet de Divinis Officiis*. Conſule Bibliographiam criticam clariſſimi viri Michaelis a S. Joſeph (1), Superioris Generalis Ordinis Excalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, qui pietate non minus quàm doctrina conſpicuus, & ob egregia opera typis evulgata de re litteraria optime meritus, ad eam illuſtrandam diuturnos adhuc labores ſibi aſſumit. Agobardi Opera, ut & hoc addam, multiplici eruditione referta, per aliquot retro ſæcula tenebris ſepulta jacuerunt; ſic equidem in æternum manſura, ait Guilelmus Cave (2), niſi Papirius Maſſonus juriſconſultus in Bibliopegi cujuſdam Lugdunenſis tabernam caſu & fortuna ingreſſus, exemplar eorum manu ſcriptum, idque unicum, ut videtur, quod temporis injuriæ ſupererat, penes eum offendiſſet; quod quidem ipſe Bibliopegus, tanti theſaurii ignarus, mox dilacerandum ſibi propoſuerat. Sed Codicem arripuit Maſſonus, & in lucem emiſit Lutetiæ anno 1605. Agobardi deinde Opera emandavit, notis illuſtravit, ediditque Stephanus Baluzius, Pariſiis anno 1666.

(e) *E però non vi vuol molto a comprendere il concetto, che faranno di noi que' Foreſtieri, che venendo da que' Paeſi, ne' quali non uſano nelle Chieſe gli ſtromenti muſicali, nè ſentiranno il ſuono nelle noſtre Chieſe in tutto e per tutto ſimile a quello de' Teatri*. Extranei populi, qui ad excolendam pieta-

L 2 tem

(1) *P. Michael A S. Joſeph Bibliographia Verbo* Agobardus.
(2) *Guiliel. Cave de Script. Eccleſ.* in Agobardo.

tem Romana Templa convenient, ſi muſicam audient fractam & mollem, ſonos ad tripudium exultantes, & indecoros in animis cientes motus, horror ingens eos perſtringet: & non ſine ſtomacho & offenſione in ſuas ſe regiones recipient; meritò apud barbaros, apud ignotos, apud homines in extremis atque ultimis oris poſitos, nobile ac illuſtre Italorum, Romanorum præcipuè, nomen, cujus in deſertam quamque oram magna ſpecies, magnaque majeſtas eſt, in infamiam traducent: ſcilicet, quod per ſummam incogitantiam hæc Itali mirantur, hiſce plaudunt; & tunc illis videntur Feſta & ſacra Officia eo ſolemnius peracta, quando plures vocum & Inſtrumentorum ſtrepitus exhibentur, ut illuc tota aurium atque animorum intentio rapiatur. Timendum valde, ne confluentes populi, aut verbis referendo, aut litteris conſignando, vivis ſpirantibuſque, ut ita loquar, ac tetris coloribus pingant illud Muſicæ genus, quod Creſſolius (1) S. I. Theologus, cum Romæ verſabatur, *ſe multorum admiratione audiviſſe* teſtatur: nimirum, muſicales Cantus ad aurium ſolummodo voluptatem compoſitos, ac devotione omnino vacuos. Quî fieri poteſt, ut, cum divinorum Verborum majeſtate cohæreant venatica illa diverticula, cum duo ita canunt, ut unus præeat quaſi lepuſculus, (inquit Creſſolius) tum venator paribus ſequatur veſtigiis? elabatur ille & fugiat, hic avolet a tergo & captare contendat? Cyrillus Franchi, cui ampliſſimi Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia commenda & adminiſtratio concredita fuit, in Epiſtola data anno 1549. ad amicum Ugolinum Gualteruzzi (2), hoc Muſicæ genus, his, quæ ſequuntur, italicis verbis acriter inſectatur. *Pongono oggi i Muſici tutta la loro beatitudine in fare, che il Cantore ſia bene aſtretto alla fuga; e che nel medeſimo tempo, che uno dice Sanctus, dica l' altro Sabaoth, e l' altro Gloria tua, con alcuni urli, mugiti, gargariſmi, che ſembrano più gatti di Gennajo, che fiori*

(1) *Creſſolius Myſtagog. lib. 3. cap. 27. Sect. 4.*
(2) *Extat inter miſcellanea in 4. in Bibliothe Caſanattenſi to. 56.*

fiori di Maggio. Qui tranſverſis oculis omnia noſtra intuentur; qui odio iraque & ſimultate ab Apoſtolica Sede disjuncti ſunt; qui Italiam peragrant, ut ſtercora colligant, quod olim fecit Miſſonius Anglus; auribus exhorreſcerent, ſi quamplurium ac diverſorum Inſtrumentorum ſtrepitus, ſi argutas lepidaſque modulationes, ſi modificatos ſonos per tenerum guttur molliùs eliquatos, modeſtiæ frena relaxantes, ſi deuique mollem & effæminatam illam muſicam audirent, quam vel ipſi ethnicorum Philoſophi e cœtu populi eliminandam, uti ſurdam animorum corruptricem, cenſuerunt. Pugnant hæc adverſus exactas diſciplinæ morumque regulas. Si mala hæc atque inordinata fatemur, cur non tolluntur? cur forti, brachio non excinduntur? cur falces non adhibentur?

Nemo negaverit, Muſicæ voluptatem, ac ſuavitatem a Sanctis Patribus commendari. Verùm *eam voluptatem* commendant, quæ *utilitati conjuncta ſit*: ita S. Joannes Chryſoſtomus (1). Eam *ſuavitatem* probant, quæ audientium *animos excitat ad compunctionem*: ita S. Iſidorus Hiſpalenſis (2). Illas *aurium blanditias* influi ſinunt, *quæ moveant corda*: ita S. Bernardus (3). Cæterum in vaniſſimo cantionum & inſtrumentorum ſtrepitu, Eccleſiarum quidem profanationem, animarum periculum, pietatis imminutionem, peſſimique exempli argumentum facile inſpicies: utilitatem verò aut compunctionem nullam. Omnia ſunt ad delectationem compoſita; nihil ad devotionem trahit.

Hinc ne quid damni populorum pietati inferretur, peculiari ſtudio Sancti Patres curarunt. S. Joannes Chryſoſtomus (4) talem in Eccleſia Muſicam conſtituit, ut Ἐκκλησίαν οἰκοδομῇ: *Eccleſiam ædificet*. S. Benedictus (5) a Cantoris munere ablegat eum, qui non ita canit, ut *ædificet audientes*. B. Theodorus Studita (6) Cantores ita pſallere oportere ait, ut *exemplum aliis ſit lucu*

(1) *S. Jo. Chryſoſtom. in pſ.* 134.
(2) *S. Iſidorus Hiſpalenſis Origin. lib.* 7. *c.* 12.
(3) *S. Bernardus ap. Martene in Regul. S. Benedicti ad cap.* 19.
(4) *S. Jo. Chryſoſt. Homil. in illud* Dominus regnavit.
(5) *S. Benedictus ap. Le-Cointe Annal. Francor. to.* 1. *ad an.* 544. *n.* 62.
(6) *B. Theodorus Studita Serm. Catechet.* 99. De Pſalmodia.

luculentum. Idipſum ſcribit Sugerius Abbas (1) in epiſtola ad Eugenium III. *Ne*, ſcilicet, *cantus in ſcandalum Regularium & Irregularium emergat*. Tandem Benedictus XII. inter leges Minoritis præſcriptas, hanc etiam tradidit: *Ut fructus labiorum canentium, non ſolum eorum, qui pſallunt, ſed etiam auditorum ædificatio eſſe debeant*.

Si itaque omnibus Eccleſiarum moderatoribus curandum eſt, ne Muſices diſciplina in fidelium offenſionem incurrat, id ſtudio contendant, oportet, quàm licebit maximo, Præfecti ipſi Eccleſiarum Urbis Romæ, quæ quidem cum multiplici nomine niteat, ad ejus laudem præcipue accedit, quod Deus Optimus Maximus Catholicæ Religionis caput, & unitatis centrum, infallibilem Fidei Catholicæ veritatem, morumque magiſterium, in hac Urbe Sedem perpetuo habere conſtituerit. Hæc illa Urbs eſt, quæ Sanctorum Apoſtolorum Liſpanis nobiliſtatur: *nec ita ſplendet cælum, cum Sol radios emittit* (celebris eſt S. Joannis Chryſoſtomi (1) ſententia) *ut Romanorum Urbs, duas illas lucernas habens, per totum Orbem lucem emittentes*. Sanctus etiam Leo M. pro ſua ſumma copia, & ſingulari facultate dicendi, urbis Romæ dignitatem, quam à Sanctis Apoſtolis conſecuta eſt, graviter ornateque amplificat in Sermone 1. de Natali Apoſtolorum Petri & Pauli. Hæc tandem Urbs eſt, in quam S. Carolus (2) Borrhomæus cætera omnia præconia, quæ quis uberius complecti poſſet, paucis his verbis derivavit: cujus *tellus*, inquit, *muri*, *aræ*, *Eccleſiæ*, *Martyrum ſepulchra*, *& quidquid oculis obverſatur, ſacrum quid animis ingerit*.

(*f*) *Canto figurato*. Figuratus cantus Græcis dicitur χρωματιζόμενος: *coloratus*: quod peregrinis & adſcititiis modulis, veluti colorum varietate, naturalem vocis habitum, communemque canendi rationem adumbret.

§. V.

(1) *Extat in Concil. General. Labbai to. X. pag. 1051. editionis Lugdunenſis.*
(2) *S. Chryſoſt. Hom. 32. in Epiſt. ad Roman.*
(3) *S. Carolus in Epiſtola conſcripta a. 1576, cujus fragmentum latinitate donatum exhibet* BENEDICTUS XIV. *in Epiſt. Encyclica, de Præparatione ad annum Jubilæi pag. XII.*

§. V.

ABbiamo detto, eſſervi chi ha riprovato (*a*), e chi anche riprova l'uſo del canto figurato con gl'iſtrumenti muſicali nelle Chieſe. Capo di queſti può dirſi che foſſe l'Abbate Aelredo, coetaneo e diſcepolo di S. Bernardo, che *nel lib.* 2. della ſua Opera intitolata *Speculum Charitatis*, *al cap.* 23. *nel tom.* 23. della Biblioteca de' Padri *pag.* 118. così ſcrive: *Unde, ceſſantibus jam typis & figuris, unde in Eccleſia tot organa, tot cymbala? Ad quid, rogo, terribilis ille follium flatus, tonitrui potius fragorem, quàm vocis exprimens ſuavitatem? Ad quid illa vocis contractio & infractio? Hic ſuccinit, ille diſcinit; alter ſupercinit, alter medias quaſdam notas dividit & incidit*. Non c'impegneremo a dire, che nel tempo di S. Tommaſo d'Aquino non vi foſſe in alcune Chieſe l'uſo della muſica (*b*) con gl'iſtrumenti: ma bensì diremo, che non v'era nelle Chieſe, delle quali eſſo avea la pratica; e che perciò non ne fu eſſo parziale. Tratta il Santo Dottore *nella* 2.2. *quæſt.*91. *art.* 2. il punto, *Utrum in divinis Laudibus ſint cantus aſſumendi*; ed al queſito riſponde di sì. Ma facendoſi in quarto luogo l'oppoſizione, che la Chieſa non ammette gl'Iſtrumenti ne' ſuoi canti, per non moſtrar di giudaizzare, giacchè *nel Salm.* 32. ſi legge:

Con-

Digitized by Google

Confitemi Domino in cithara, in pſalterio decem chordarum pſallite illi: riſponde, che i muſici ſtrumenti (*c*) muovono l'animo al diletto, più che ad altra coſa, e che nell'antico Teſtamento ve n'era l'uſo, *quia populus erat magis durus & carnalis, unde erat per hujuſmodi inſtrumenta provocandus*. Oltre di che, nel Teſtamento vecchio gl'iſtrumenti figuravano qualche coſa, del che non v'è biſogno nel Teſtamento nuovo: *tum etiam quia hujuſmodi inſtrumenta corporalia aliquid figurabant*. Del gran Pontefice Marcello II. ſi legge, ch'era riſoluto di levare la muſica dalle Chieſe, riducendo il canto Eccleſiaſtico al canto fermo; come può vederſi nella di lui Vita ſcritta da Pietro Polidori ultimamente defunto, Benefiziato della Baſilica di S. Pietro, ed uomo cognito fra i Letterati. Si ſa, che nel Concilio di Trento era già ſtato formato il Decreto coerente all'idea del Pontefice Marcello II. E ne' giorni noſtri abbiamo veduto, che il Venerabile Cardinale Tomaſi, uomo di ſanta vita, e di profonda letteratura nelle materie rituali, non volle nella ſua Chieſa Titolare di S. Martino a' Monti nel giorno della Feſta del Santo la muſica con gl'iſtrumenti ne' Veſperi, e nella Meſſa, che fece cantare da varj Religioſi col canto fermo, e da Coro.

COM-

COMMENTARIUS.

(*a*) **A** *Bbiamo detto eſſervi chi hà riprovato, e chi anche riprova l' uſo del canto figurato con gli ſtromenti Muſicali nelle Chieſe*. Horum numero, qui muſicam harmonicam ab Eccleſiis proſcribendam cenſuerunt, laudatur Franciſcus Petrarca. Incipienti enim Dialogum XXIII. his verbis: *Cantu delector, ac fidibus*; reſpondet: *Ah quanto melius lacrymis, atque ſuſpiriis! Præſtat enim flendo ad gaudium, quàm gaudendo ad gemitum pervenire*. Poſt Concilii Tridentini Decretum, cujus mentio paulo poſt occurret, ſi quis modulationem ſecundum artem Muſices ductam, devotam quidem, religioſam, atque ad pietatem compoſitam redargueret, damnandæ temeritatis culpa minime careret, & a communi Eccleſiæ ſenſu recederet, ut ſcite Molanus (1) notavit.

(*b*) *Non c' impegnaremo a dire, che nel tempo di San Tomaſo di Aquino non vi foſſe in alcune Chieſe l' uſo della Muſica con gli ſtromenti*. Binghamus (2), & Waneſpen (3) probare contendunt, Organorum uſum poſt Sancti Thomæ Aquinatis tempora fuiſſe in Eccleſiis receptum, laudantque Navarrum, & Cajetanum, qui ſuæ ſententiæ adſtipulantur. Utriuſque Auctoris Binghami, & Waneſpen ſententiam falſitatis nota aperte inurit Wolſtani Monachi teſtimonium. In metrica enim deſcriptione Templi, ab Elſego Epiſcopo Wintonenſi in honorem Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrati, organa Muſica ab eo confecta laudat. Vivebat Elſegus anno 984. Memorat hæc Joannes Mabillonius (4) in Annalibus Ordinis S. Benedicti. Quin, Martene (5) præclara monumenta profert ad probandum, Organorum uſum longe ante Sancti Thomæ tempora illatum fuiſſe in Eccleſias: & Navar-

M

(1) *Molanus de Canonicis lib. 2. Ti. 8 de muſicis Cantoribus.*
[2] *Bingham. origin. Eccleſ. to. 3 lib. 8. §. XIV. pag. 275.*
[3] *Waneſpen, de Horis Canonic. par. 1. cap. 4. §. 7.*
(4) *Mabillon. ad an. 984. n. 60. To. IV. Annal.*
(5) *Martene ad Regul. S. Benedicti, ad cap. 19.*

Digitized by Google

varri in contratriam ſententiam abeuntis inſcitiam redarguit.

(c) *Riſponde, che i Muſici ſtrumenti muovono l' animo al diletto, più che ad altra coſa, e che nell' antico Teſtamento ve n' era l' uſo, quia Populus erat magis durus.* Ad excitandos animos infirmos, & ad removendum tædium ex prolixitate Pſalmorum oriri ſolitum, muſicis inſtrumentis (1) Hebræi utebantur. Theodoretus (2), Cyri urbis in Syria non incelebris Epiſcopus, memoriæ prodidit, veteri Hebræorum Synagogæ Muſica inſtrumenta fuiſſe uſitata, ut Judæi ab Idolorum Fanis, ubi talium illecebrorum erat uſus, avocarentur. Pari ratione Chriſtianos è mundi volupatibus ad Cæleſtium amorem muſicis inſtrumentis provocandos, Bunderius a Gandavo (3) demonſtrat. Amalarius Fortunatus (4), Metenſis Diaconus, ait, eos, qui pietatis ſunt expertes, & inani rerum ſpecie delectantur, ſonoro melodiæ concentu ad divina Officia provocandos: *At ſi adhuc aliquis ſurdus, obturatis auribus cordis, torpeſcit, veniat Cantor cum excelſa tuba, more Prophetarum, ſonetque in aures ejus dulcedinem melodiæ: forſitan excitabitur* (5).

§. VI.

ABbiamo detto, eſſervi ſtati, ed ancor eſſervi taluni che hanno approvato ed approvano il canto muſicale con gli ſtrumenti ne' Divini Officj. Nello ſteſſo ſecolo, in cui viſſe il citato Abbate Aelredo, viſſe ancora Giovanni Sarisberienſe, Veſcovo Carnotenſe, che *nel lib. 1. Polycratici al cap.* 6. lodò la muſica iſtrumen-

(1) *Bellarminus de bonis operibus in particul. to. IV. cap. 16.*
(2) *Theodoretus in pſ. 55.*
(3) *Bunderius a Gandavo, in Compendio Concertationis ſuper erroribus ſui temporis tit. 25. art. 5.*
(4) *Amalarius de Eccleſiaſt. offic. lib. 2 cap. XI.*
(5) *De veterum Hebræorum cantu, vide Albinum Flaccum* de divin. Offic. Tit. de Eccleſiaſtico ordine: *Rabanum maurum, de Inſtit. cleric.* l. 2. cap. 47. de Cantico, & c. 48. de Pſalmis. *Et Amalarium Fortunatum* de Eccleſ. offic. lib. 3. c. 16.

Digitized by Google

mentale: *Ad mores itaque inſtruendos, & animos exultatione virtutis trajiciendos in cultum Domini, non modò concentum hominum, ſed & inſtrumentorum modos cenſuerunt Sancti Patres Domino applicandos, cùm Templi reverentiam dilatarent*. S. Antonino *nella ſua Somma alla par*. 3. *tit*. 8. *cap*. 4. §. 12. non rigetta il canto figurato ne' divini Officj; *Cantus quidem firmus in divinis Officiis a Sanctis Doctoribus inſtitutus eſt, ut Gregorio Magno, Ambroſio, & aliis. Biſcantus autem in Officiis Eccleſiaſticis quis adinvenerit, ignoro; pruritui aurium videtur magis deſervire, quàm devotioni, quamvis pia mens etiam in his fructum referat audiendo*: e poco dopo ammette ne' divini Officj non ſolo l' organo, ma ancora gli altri ſtrumenti muſicali: *Sed & pulſatio organorum, vel aliorum inſtrumentorum ad divinam laudem initium virtutis habuiſſe a Propheta David*, con quel che ſiegue. Fu certamente penſiere di Marcello II. il bandire dalla Chieſa la muſica, e gl' iſtrumenti muſicali; ma avendogli il celebre Giovanni Pier Luigi di Paleſtrina (*a*), Maeſtro di Cappella della Baſilica di S. Pietro, fatto ſentire una Meſſa compoſta in muſica sì, ma in muſica molto divota, fu dal Pontefice abbandonata l' idea di levare dalle Chieſe la muſica, giuſta ciò che da antichi monumenti ricavò Andrea Adami nelle ſue Oſſervazioni alla Cappella Pontificia *nella Prefazione Storica pag*. 11. Nel Concilio di

M 2 Tren-

Digitized by Google

Trento ſi pensó ſenza dubbio a levare la muſica dalle Chieſe; ma avendo fatto rappreſentare da' ſuoi Ambaſciadori l' Imperadore Ferdinando (*b*), che il canto figurato riuſciva ſovente d' incitamento alla divozione, fu temperato il progettato decreto, come ſi legge *nella ſeſſ.* 22. nel Decreto *de obſervandis & evitandis in celebratione Miſſæ*, ove furono rigettate dalle Chieſe le muſiche, *ubi ſive organo, ſive cantu laſcivum aut impurum aliquid miſcetur*. Il fatto è riferito dal Grancolas *nel citato Commentario alla pag.* 56., e dal Cardinale Pallavicino *nella Storia del Concilio al lib.* 22. *cap.* 5. *num.* 14. I noſtri Eccleſiaſtici Autori di gran grido vengono volentieri in queſto ſentimento. Il Venerabile Cardinal Bellarmino *nel tom.* 4. *delle ſue Controverſie al lib* 1. *de bonis Operibus in particulari cap.* 17. *in fine*, inſegna, doverſi ritenere nelle Chieſe l' uſo degli organi, ma non doverſi così facilmente dar l'adito agli altri iſtrumenti muſicali: *Ex quibus omnibus illud efficitur, ut organa propter infirmos in Eccleſiis retinenda ſunt, ita non facile alia inſtrumenta eſſe introducenda*. Per la ſteſſa ſtrada cammina il Cardinale Gaetano nella ſua Somma, alla parola *Organum*, ove così ſcrive: *Organorum uſus in Eccleſia, licèt ſit novus, in cujus ſignum Eccleſia Romana adhuc non utitur eis coram Pontifice, licitus tamen eſt pro carnalibus adhuc fidelibus imperfectis*. Il Venerabile Cardi-

dinale Baronio *all' anno di Criſto* 60. così laſciò ſcritto: *Verùm, quod poſt multa ſæcula uſu receptum ſit, ut in Eccleſia adhiberentur organica inſtrumenta diſparibus cannis ſimul junctis confecta, haud jure quis poterit improbare*. Il Cardinal Bona *de Divina Pſalmodia cap.* 17. parlando degli organi, che ſi ſonano nelle Chieſe, dice: *Non tamen damnari debet moderatus eorum uſus &c. lætificat organorum concentus triſtes hominum mentes, & ſupernæ Civitatis inſinuat jucunditatem, ſollicitat pigros, recreat diligentes, provocat juſtos ad amorem, peccatores ad compunctionem*. Il Suarez *nel tom.* 2. *de Religione al lib.* 4. *de Horis Canonicis cap.* 8. *num.* 5. riflette, che ſotto nome d'organo, non ſi comprende ſolamente quel particolare muſico iſtrumento, che oggidì chiamiamo organo, il che anche prima di lui fu ben avvertito da S. Iſidoro *lib.* 2. *Originum cap.* 20.: *Organum, vocabulum eſt generale vaſorum omnium muſicorum*; e che però, ammeſſo l'organo nelle Chieſe, debbano ancora dirſi ammeſſi gli altri iſtrumenti muſicali. Ed il Silvio *nel tom.* 3. *delle ſue Opere ſopra la* 2. 2. *di S. Tommaſo quæſt.* 91. *artic.* 2. non rigetta il canto figurato nelle Chieſe: *Ideoque magna cura habenda eſt cantus Eccleſiaſtici, tum ejus qui planus ſeu Gregorianus dicitur, qui propriè eſt Eccleſiaſticus, tum ejus qui poſtea in Eccleſiam eſt introductus, & vocatur figuratus, ſive armonicus*; e poco dopo: *Nihi-*

lominus, quod poſt multa ſæcula uſu receptum ſit, ut in Eccleſiaſticis Officiis inſtrumenta muſica adhiberentur, nullo modo eſt improbandum. Il Bellotte ſopra i Riti della Chieſa Laudunenſe *alla pag.* 209. *ſotto il num.* 8. dopo aver ampiamente diſcorſo de' muſici iſtrumenti, che ſi ſonano alle volte ne' divini Officj; e dopo aver dimoſtrato non eſſervi ſtato anticamente l' uſo de' medeſimi nelle Chieſe, attribuiſce di tutto ciò la cagione alla neceſſità che allora avevano i Criſtiani di ſtar lontani dai riti profani de' Gentili, che ne'loro teatri, conviti, e profani ſacrifizj, ſi prevalevano de' muſicali iſtrumenti: *Proinde nequaquam inſtrumentorum muſicorum vitio vertendum eſt, quod poſterioribus tantùm ſæculis uſa ſit Eccleſia muſicis cantoribus & muſicalibus inſtrumentis; ſed quod a Gentilibus ejuſmodi muſica inſtrumenta in turpibus ac ſordidis uſibus, nimirum in theatris conviviis ac ſacrificiis conſueverint adhiberi.* Il Perſico nel ſuo Trattato *de Divino & Eccleſiaſtico Officio al dub.* 5. *num.* 7. così ſcrive del canto figurato nelle Chieſe: *Dico ſecundò, quamvis in cantu organico ſeu figurato multi poſſint abuſus obrepere, ſicut in omnibus aliis Eccleſiaſticis ceremoniis accidit, ipſum tamen per ſe, ſi debitè religiosè & decenti moderatione fiat, licitum eſſe, nec ullo jure prohibitum*: ed *al dub.* 6. *num.* 3. ſoſtiene, che *organorum & aliorum inſtrumentorum univerſalis uſus in divinis Officiis ſecundùm ſe laudabilis eſt, &*

ad

ad imperfectorum animos ad Dei contemplationem elevandos valde utilis. E ſi è tant'oltre avanzato l'uſo del canto figurato, e de' muſicali iſtrumenti nelle Meſſe, ne' Veſperi, e nelle divine Funzioni, ch' è giunto ſino al Paraguai, eſſendo que' nuovi fedeli Americani dotati d' un' ammirabile abilità per la muſica delle voci, e degl' iſtrumenti muſicali, cioè per apprendere tutto ciò, che ſpetta al canto ed al ſuono, ed eſſendoſi approfittati i Miſſionarj di queſta congiuntura per indurli coi canti divoti alla Fede di Criſto, e non eſſendovi ormai ne' divini Officj divario nemmeno quanto al canto ed al ſuono fra le Meſſe ed i Veſperi delle noſtre Regioni, e quelli delle ſopraddette, giuſta ciò che da veridiche relazioni rapporta l' Abbate Muratori *nella ſua Deſcrizione delle Miſſioni del Paraguai al cap.* 12.

COMMENTARIUS.

(a) A*Vendogli il celebre Giovanni Pier Luigi da Paleſtrina fatto ſentire una Meſſa.* Miſſam ad planam gravemque modulationem a memorato Auctore compoſitam, cecinit Schola Cantorum Sacelli Pontificii, die Reſurrectioni Chriſti Domini ſacra: eam deinde typis edidit Petrus Aloyſius Præneſtinus, & Paulo IV. inſcripſit. Hinc eum Pontifex in Cantorum collegium cooptavit, addixitque muneri compoſitiones muſicas in Sacello Pontificio elucubrandi. Plura de eo Lectori curioſo ſuppeditabit Antimus Liberati (1), qui ejuſdem Pe-

(1) *Antimus Liberati Epiſt. ad Ovidium Perſapegi.*

Petri Aloyſii laudes proſequitur ; recenſetque viros, qui ejus diſciplinæ ſeſe tradiderunt.

(*b*) *Avendo fatto rappreſentare da ſuoi Ambaſciatori l'Imperatore Ferdinando, che il Canto figurato riuſciva ſovente d'incitamento alla Divozione.* Præter ea, quæ multis in hujus Commentarii locis abunde protulimus ad probandum, cantui figurato vim ineſſe atque virtutem excitandi pietatem, hoc etiam addendum eſt, dulcedinem, & audiendi jucunditatem divinis Officiis fuiſſe admixtam, ut ſacrorum Eloquiorum utilitatem latenter perciperemus: non ſecus ac ſapientes Medici, (appoſite ad rem noſtram ait S. Baſilius) (1), *qui nauſeantibus potionem amariorem daturi, ſæpius calicem melle circumliniunt: ideo concini illi Pſalmorum concentus excogitati nobis ſunt, ut qui pueri ſunt ætate, aut etiam omnino moribus juvenes, in ſpeciem quidem cantent, revera autem animis erudiantur.* Cantus ſuavitas ad Dei laudes celebrandas invitat, quos ad id opus ſimplex fortè recitatio non traheret. Hanc ob cauſam divina Præconia carmine a Prophetis deſcripta ſunt ex ejuſdem S. Baſilii ſententia, ut *ſine tædio, imo cum voluptate & delectatione frequentarentur*. Ad hæc, cum ea cantantur, non animos aureſque prætervolant, ut ferme fit, cum leviter recitando attinguntur; ſed feriunt animos, permovent affectus, & audientium ſimul ac recitantium memoriæ penitus inſident. His conſentanea eſt S. Joannis Chryſoſtomi (2) ſententia. Et hæc eſt quidem vera voluptas, quippe quæ virtutis comes eſt. His accedit, Eccleſiaſtica Cantica ad mores hominum informandos plurimùm valere, cum præceptorum vitæ admixtione componantur. Veteres ſimpliciores Manachi inſtrumentorum ſono cantuque adeo ſe ad pietatem excitari atque inflammari ſentiebant, ut, cùm illis carebant, ſpiritualem Citharæ pulſationem in deliciis haberent. S. Walterus de Birlacke Ordinis Ciſtercienſis, ſæpe ſub Cuculla citharizabat (3): *Quando*

(1) *S. Baſilius Serm. 2. de Doctrina, & admonitione.*
(2) *S. Jo: Chryſoſt. in compendio Pſalmor. Tom. V. edit. PP. Maurin.*
(3) *Ap. Bolland. to. 2. Januarii ad diem 22.*

do, ajebat, *non poſſum habere devotionem ſub Cuculla, digitos more citharizantis moveo, & chordas cordes tango; ſicque mentis torporem ad devotionem excito.*

§. VII.

ABbiamo finalmente detto (*a*), non eſſervi veruno, che non condanni il canto teatrale nelle Chieſe, e non richieda una gran differenza fra il canto Eccleſiaſtico, e quello delle ſcene. Celebre (*b*) è il teſto di S. Girolamo, riferito *nel Can. Cantantes diſt*: 92.: *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Audiant hæc adoleſcentuli. Audiant ii, quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt. Deo non voce, ſed corde cantandum; nec in tragœdorum morem guttur & fauces dulci medicamine liniendæ ſunt, ut in Eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica.* Si prevalevano di queſto teſto coloro (*c*) che arditamente volevano bandito dalla Chieſa qualſivoglia ſorta di canto: ma S. Tommaſo *nel luogo citato*, riſpondendo alla ſeconda obbiezione ricavata dal detto teſto di S. Girolamo, così ſoggiugne: *Ad ſecundum, dicendum, quod Hieronymus non ſimpliciter vituperat cantum, ſed reprehendit eos, qui in Eccleſia cantant more theatrico.* S. Nicetio (*d*) *nel lib. de Pſalmodiæ bono al cap.* 3. *nel tom.* 1. dello Spicilegio, così deſcrive il canto, che deve adoprarſi nelle Chieſe: *Sonus etiam vel melodia conſentiens ſanctæ Religioni pſallatur: non quæ tragicas difficultates exclamet, ſed quæ in vobis ve-*

N *ram*

ram chriſtianitatem demonſtret, non quæ aliquid theatrale redoleat, ſed compunctionem peccatorum faciat. I Padri del Concilio Toletano tenuto *l'anno* 1566. *nell'Azione* 3. *al cap.* 11. *nel tom.* 10. della Collezione de' Concilj dell' Arduino, dopo aver molto ragionato della qualità del canto da uſarſi nelle Chieſe, così conchiudono: *Sed & illud maximè cavendum erit, ne ipſius muſicæ ſonus quid theatrale, aut impudicos amorum, bellorumque claſſicos modulos referat, in Dei laudibus decantandis imitetur*. Nè mancano eruditi Scrittori, che ſeveramente riprendono il ſopraddetto modo di cantare e ſonare nelle Chieſe, domandando, che una volta ſia tolto di mezzo. Vegganſi il Caſalio *de veteribus ſacris Chriſtianorum Ritibus al cap.*34. ed il ſopraccitato Abbate Lodovico Antonio Muratori *nel tom.* 1. della ſua Liturgia Romana Antica nella Diſſertazione *de Rebus Liturgicis al cap.* 22. *in fine*. E per imporre fine al preſente aſſunto, che è tanto chiaro, che non ha biſogno di prova, baſterà l'accennare, che tutti quelli, che di ſopra ſono ſtati riferiti come favorevoli al canto figurato ed all'uſo degl' iſtrumenti nelle Chieſe, ſi proteſtano d'aver ciò ſcritto ma colla dichiarazione, che non debba intenderſi del canto e ſuono proprio delle ſcene e de' teatri, che eſſi ancora riprovano; ma del canto e ſuono proprio delle Chieſe, e che eccita il popolo a divozione, giuſta ciò che ſi può leggere appreſſo i medeſimi.

COM-

COMMENTARIUS.

(a) A*Bbiamo finalmente detto, non eſſervi veruno, che non condanni il Canto teatrale nelle Chieſe*. Si quis ſincere in tanti momenti re ſecum agat, eamque attente conſideret, quamplurima ſtatim in uno peſſima vitia, & vitioſam deformitatem inſpiciet. Thetrales moduli ad pompam & oſtentationem compoſiti, cum ſe auribus inſinuant, animam in fraudem inducunt, & ad exitioſas cupiditates detorquent. Cantus harmonicus, qui ad inflammandos fidelium animos ad pietatem plurimum valet, abutentium malitia eo redactus eſt, ut mentis virtutem oblectamento vocis enervet, animique vigorem ſolvat. Cum præmolles modulationes, ad theatralem cantum flectentes, audieris, Sirenarum concentum, non hominum modulationem eſſe putes. Canoras has theatrales voces graphice deſcribit Joannes Sariſberienſis (1). Nemo, qui mentem Eccleſiæ exploratam habet, iſtud flagitioſiſſimæ Muſicæ genus tolerabit. Quis continuò non exclamet improbandum eſſe tot vocum & inſtrumentorum in Eccleſia ſtrepitum; ac tam ingenioſam, ne dicam luxurioſam, modulationem? S. Joannes Chryſoſtomus (ſive quiſquis ſit auctor argumenti Pſalmorum (2), quod inter ſpuria Chryſoſtomi rejicit Montfauconius) non ſpiritualibus canticis hæc accenſſet, ſed profanis, quibus *anima laſcivior & pejor efficitur, molliorque ſimul & infirmior*. Sententiis hujuſmodi, ipſaque rei experientia commotum Senonenſe Concilium (3), anno 1528. ſanxit: *In Eccleſiis prætextu muſici cantûs non ſunt audiendæ publicæ cantilenæ, vel laſcivæ*. Et poſt pauca: *Nolumus itaque, quod Organicis inſtrumentis reſonet in Eccleſia, impudica vel laſciva melodia*. S. Agobardus (4) Lugdunenſis Eccleſiæ fulgentiſſimum

N 2

(1) *Jo: Sariſberienſi de Nugis Curial. cap. 6. de Muſica, eo Inſtrumentis, & modis, & fructu eorum.*
(2) *To. V. operum S. Jo: Chryſoſtomi.*
(3) *Concilium Senonenſe Can. 16.*
(4) *S. Agobardus de correctione Antiphonarii n. 12.*

mum ſydus, multa prodit in ſcenicas modulationes, & in theatrales ſonos in Eccleſiis perſtrepentes. In re notiſſima, ab aliis auctoribus recenſendis abſtineo. In tantum ejuſmodi peſtem ab Eccleſiis removere curarunt veteres Patres, ut ne circa ipſas quidem Eccleſias turpe quidquam aut luxurioſum canticum ageretur, Concilii Moguntini decreto (1) anno 813. cautum fuerit.

(*b*) *Celebre è il Teſto di S. Girolamo*. Sanctus Hieronymus acriter hîc perſtringit Cantores, qui ad leniendam vocem, & conciliandam ſuavitatem, medicamine utuntur. Severiori ſæculo vixit Sanctus Doctor. Cum enim Cantus referatur ad incendendam animi pietatem, vociſque dulcedo ad id plurimum valeat; tuendam eſſe vocem, nec repudianda honeſtiſſima adjumenta, viri magni cenſuerunt. Iſidorus (2) refert, Cantores leguminibus uſos fuiſſe, ut vocem mollem redderent, & audientium animos ad dulcedinis oblectamentum incitarent. Leguminum enim uſu vox ipſa convaleſcere exiſtimabatur. Hinc pſallentes *Fabarii* dicti ſunt. *Pſalmiſtam* enim, ait Iſidorus, *& voce, & arte præclarum illuſtremque eſſe oportet, ita ut oblectamento dulcedinis animos incitet auditorum*. Hoc idem Sancti Hieronymi teſtimonium notis, & obſervationibus illuſtrat Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis in libro *de Correctione Antiphonarii*.

(*c*) *Si prevalevano di queſto Teſto coloro, che arditamente volevano bandire dalla Chieſa qualſivoglia ſorta di canto*. Quidam hæretici Eccleſiaſticum Cantum male habent. Tantæ inſaniæ auctores illis fuere Waldenſes, & Viclephiſtæ, qui ad ſuam ſententiam confirmandam laudato S. Hieronymi teſtimonio male utebantur. Waldenſes Horis Canonicis decantandis fruſtra tempus teri effutiebant. Wiclephus adeò Cantui detraxit, ut Sacerdotes Dei laudes cantantes, ſacerdotes *Baal vocaret*. Thomas Waldenſis (3) per multa capita hunc veſanum errorem con-

(1) *Concilium Moguntinum Can. 48.*
(2) *S. Iſidorus lib. 2. de divin. offic. cap. 12.*
(3) *Thomas Waldenſis lib. 3. tit.*

confutat. Calviniſtæ, veterum hæreticorum aſſeclæ, Wiclephi exemplo Catholicis Presbyteris *Baaliſmum* propter cantum objiciunt. Eraſmus (1) & ipſe quamplurimis in locis Eccleſiaſticam Pſalmodiam inſectatur. *Tempore Pauli* (inquit) *nondum Cantus erat, ſed pronunciatio dumtaxat, vixque a poſterioribus receptus Cantus. At nunc in multis regionibus totas dies pſallitur in Eccleſiis, nec modus, nec finis cantionum. Quid enim aliud auditur in Monaſteriis, Templis, ac Collegiis, quàm vocum ſtrepitus?* In Eraſmi deliria integrum tractatum edidit Albertus Pius Carpenſis (2). Sane qui ſunt a Catholica Religione extorres, & Eraſmus ipſe, immerito de Cantus antiquitate certant. Morem canendi hymnos in Eccleſia, Chriſto Domino, & Apoſtolis acceptum refert S. Auguſtinus (3), qui proinde earum rerum numero, quæ ex ſacris Litteris defendi poſſunt, Eccleſiaſticam Pſalmodiam accenſet.

Nec Apoſtoli verba ad Epheſios ſcribentis (4), quæ indicata videntur ab Eraſmo, *Pſallentes, & cantantes in cordibus veſtris*, quempiam cogere debent, ut ſibi ſuadeat, Apoſtolorum ætate cantu dumtaxat *cordis*, non autem *oris* uſos fuiſſe Chriſtianos. Ideo enim Apoſtolus non meminit *vocis*, ſed *cordis* tantùm, quoniam non erat neceſſe homines admonere, ut *voce* cantarent. Nemo enim proprie ſine voce cantat. Admonere autem, ut *corde* pſallerent, omnino neceſſe erat, quia multorum vitium eſt, ut ſolis labiis Deum honorent: unde cantare *in cordibus* perinde eſt, ac *non ore tantum canere*. Par eſt, ut perfectum omni ex parte obſequium Deo præſtantes, non *animo* ſolum ardentiſſimis votis, ſed & *corpore* clariſſima voce, ejus laudes celebremus. Hæc eſt ratio divinarum Laudum, quæ communibus fidelium votis in Eccleſia celebrantur. Cum autem de privata oratione quam quiſque in Eccleſia fundit, res eſt, aliter ſtatuendum. Submiſſa enim tacitaque voce orandum eſt, exemplo Annæ deprecan-

(1) *Eraſmus in Annotationibus.*
(2) *Albertus Pius Carpenſis lib. 6. adverſus Eraſmum.*
(3) *S. Auguſtinus Epiſt. 119. cap. 18.*
(4) *Ad Epheſios cap. 5.*

cantis in Templo *in corde ſuo*, ut in ſacris Litteris habetur; ne ſcilicet alios eodem in loco orantes quiſque ſuo clamore turbet. *Solo* etiam *corde* is orare dicitur, qui lingua laborat. S. Notherus Balbulus, qui habuit defectum linguæ nitebatur ſemper corde orare, ut memoriæ prodidit auctor ejus Vitæ (1). Plura non addo. Cantum enim Eccleſiaſticum ab hæreticorum calumniis, multa vi ſolidiſque rationibus, eorum etiam cavillationibus in re manifeſta protritis, egregie vindicarunt, ejuſque vetuſtiſſimam conſuetudinem perſpiſcuam reddidere Theologi Polemici, aliique Scriptores, præſertim Bunderius a Gandavo (2) Ordinis Prædicatorum, qui claruit anno 1549. in Compendio Concertationum ſuper erroribus ſui temporis: etiam Bellarminus (3), Baronius (4), Garzias Loayſa (5), Cardinalis Bona (6), Caſalius (7), Thomaſſinus (8), & Chriſtianus Lupus (9), qui quidem ſigillatim probat, Vviclephiſtas recte ab Eccleſia fuiſſe damnatos, quòd Eccleſiaſticum Cantum proſcripſerint.

(*d*) *S. Nicetio nel libro de Pſalmodiæ bono*. Duo Antiſtites eodem Nicetii nomine nuncupati, ſanctitatis fama illuſtres, eodem ſæculo V. claruere: uterque Eccleſiaſticum Cantum in ordinem redegit. Alter Epiſcopus Lugdunenſis (10), qui ſuæ Eccleſiæ cantum in meliorem formam reſtituit, & vita functus eſt anno 573. Alter Archiepiſcopus Trevirenſis, qui e vivis deceſſit anno 568. Hic inflexo animi rigore uſus in diſciplina Eccleſiaſtica tuenda, ſatis brevem de bono Pſalmodiæ Tractatum conſcripſit, quem Nicetæ Dacorum Epiſcopo diu tributum, Nicetio Trevirenſi vindicavit, edìditque Dacherius (11).

§. VIII.

(1) *Ap. Bolland. to. 1. April. ad diem VI.*
(2) *Bunderius cap. 27. de Cantu Eccleſiaſtico.*
(3) *Bellarmin. de Bon. operib. in partic. lib. 1. c. 16. & 17.*
(4) *Baronius ad An. 60. §. Et ſi hac.*
(5) *Garſias Loayſa in notis ad Concilium Toletanum IV. A. 633.*
(6) *Bona de divin. Pſalmod. cap. 17. §. 2. & Rer. Liturgicar. lib. 1. cap. 25. n. 19.*
(7) *Caſalius de Sacr. Veter. chriſtian. Ritibus cap. 44.*
(8) *Thomaſin. de Eccleſ. diſciplina par. 1. lib. 2. cap. 77. n. 12.*
(9) *Chriſtianus Lupus ad Can. 75. Trullanum To. 3. pag. 135. & p. 138.*
(10) *Vide Bolland. ad diem XI. April.*
(11) *Dacherius Spicilegii To. 3. Edit. Pariſien. in 4. A. 1659.*

§. VIII.

STabilito, che eſſendo già introdotta la conſuetudine del canto figurato e de' muſici iſtrumenti ne' canti Eccleſiaſtici, non ne ſia riprovato, che l'abuſo, come anche riflette il Binghamo, benchè Autore eterodoſſo, *nel tom. 6. delle Origini Eccleſiaſtiche al lib.* 14. §. 16. ſuccede l'eſaminare, quale ſia il retto uſo, e quale l'abuſo. Riconoſciamo, che per ciò adempire avreſſimo biſogno della perizia muſica, di cui furono dotati alcuni noſtri Santi ed inſigni Predeceſſori [*a*] Gregorio Magno, i due Leoni II. e IX. e Vittore III. Ma ancorchè della muſica proteſtiamo d'eſſere affatto ignari, nulladimeno c'ingegneremo d'additarle alcune coſe, che abbiamo ricavate dalle Coſtituzioni d'altri Noſtri Predeceſſori, e da' ſavj e zelanti Scrittori. E per camminare con ordine, diſcorreremo in primo luogo di ciò che dee cantarſi nelle Chieſe, del modo con cui dee cantarſi, degl' iſtrumenti muſicali proprj della Chieſa, e del ſuono de' medeſimi. Viſſe Guglielmo Durando nel Pontificato di Nicolò III. ed eſſendo ſino in quel tempo vigente l'uſo del canto de' motetti, eſſo lo riprovò, come può vederſi nel ſuo Trattato *de Modo generalis Concilii celebrandi*, *al cap.* 19.. *Videtur valde honeſtum eſſe*, *quod cantus indevoti & inordinati motetorum*, *& ſimi-*

lium;

lium, *non fierent in. Eccleſia*. Dopo il laſſo di più d'un ſecolo fu pubblicata da Giovanni XXII. la ſua Decretale, che incomincia *Docta Sanctorum*, fra le Stravaganti comuni, *al tit. de vita & honeſtate Clericorum*, nella quale ſi moſtra contrario al canto de' motetti: *Motetis vulgaribus nonnunquam inculcant*. Aſſunto l'eſame del canto de' motetti nelle Chieſe da' Teologi, il Paludano *nel* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 5. *artic.* 2. riduſſe il canto de' motetti ad una ſpecie di canto teatrale, riprendendo chi li canta: *qui canunt motheta in feſtis, quia cantus non debet eſſe tragœdicus*. Parziale de' motetti fu il Suarez *nel tom.* 2. *de Religione lib.* 4. *de Horis Canonicis cap.* 13. *num.* 16. ancorchè foſſero compoſti in lingua volgare, purchè ſiano gravi e divoti. Porta in prova del ſuo aſſunto la pratica di alcune Chieſe governate da' ſaggi Prelati, che non li diſapprovano. Ed aggiugne, che ſe una volta ciaſchedun fedele nella Chieſa cantava i divoti inni che avea compoſti, da queſta conſuetudine reſta giuſtificata la pratica de' motetti. E prevedendo l'oppoſizione, che da queſto canto reſta interrotta la continuazione del canto Eccleſiaſtico de' Salmi, così ad eſſa riſponde: *Nec interruptio illa, vel mora, quæ tunc fit inter partes alicujus Horæ, reprehenſibilis eſt, quia moraliter veluti continuatur in devotione, quæ per cantum illum excitari intenditur, & ita cantus ille poteſt cenſeri veluti diſpoſitio ad ſequentia*,

&

& ſolemnis ac congrua terminatio praecedentium, & ornatus totius Horae. Il Pontefice Aleſſandro VII. *nel* 1657. [*b*] fece la ſua Coſtituzione, che incomincia *Piae ſollicitudinis*, ed è *la* 36. fra le ſue, in cui avendo ordinato, che nel tempo de' divini Officj, o quando pubblicamente è eſpoſto nelle Chieſe il Santiſſimo Sagramento, non ſi cantaſſero chè parole ricavate dal Breviario o (*c*) dal Meſſale Romano: *in Officiis de proprio vel de communi pro currenti cujuſque diei feſto, vel Sancti ſolemnitate praeſcribuntur*: o pure parole ricavate dalla Sacra Scrittura, o da' Santi Padri, che doveſſero però prima eſſere rivedute ed approvate dalla Congregazione de' Riti, come proſiegue la detta Coſtituzione, ſembrò appovare i motetti compoſti ed eſaminati, come ſopra. Fu la Coſtituzione Aleſſandrina conſermata con Decreto del Venerabile Servo di Dio Innocenzo XI. *ſotto il giorno* 3. *di Dicembre* 1678. Ma eſſendo nata qualche confuſione ſopra l'intelligenza non meno della Coſtituzione Aleſſandrina, che del Decreto confermatorio, la felice memoria d'Innocenzo XII. *ſotto il giorno* 20. *d' Agoſto* 1692. pubblicò un nuovo Decreto, che è *il* 76. del ſuo Bollario, in cui ponendo in chiaro il tutto, vietò generalmente il canto di qualunque motetto o compoſizione; non ammiſe, che nelle Meſſe (*d*) oltre il canto del Gloria e del Simbolo, quello dell' Introito, Graduale, o Offertorio cor-

rente, e ne' Veſpri le Antifone che occorrono avanti, o dopo il Salmo che ſi canta, ſenza una minima alterazione; volendo, che i muſici s'uniformino totalmente al Coro (*e*); e che, ſiccome nel Coro non è permeſſo l'aggiungere coſa alcuna all' Officio e Meſſa, così pure ciò ſia interdetto e proibito ai muſici, e non ammettendo altro, che il canto di qualche motetto cavato dagl'Inni di S. Tommaſo, o di Antifone (*f*) regiſtrate nel Breviario e Meſſale Romano per l'Officio e Meſſa, che ſi celebra nella Solennità del Santiſſimo Sagramento, ſenza veruna mutazione di parole, quando nella Meſſa ſi fa l'elevazione dell' Oſtia, o quando ſi eſpone alla pubblica viſta il Venerabile, per eccitare la divozione de' fedeli.

COMMENTARIUS.

(*a*) R*iconoſciamo, che perciò adempire, avereſſimo biſogno della perizia muſica, di cui furono dotati alcuni noſtri ſanti ed inſigni Predeceſſori, Gregorio Magno, i due Leoni II. e IX., e Vittore III.* Walafridus Strabo (1) memoriæ prodidit, Summos Pontifices Leonem II. Siculum, Benedictum II. & Sergium I. cantus ſcientiâ fuiſſe præſtantes. De Gregorio autem III. veluti inauditum quiddam & novum referri, quod omnes Pſalmos memoriter tenuerit. Sergius I. & II. Gregorius II. Stephanus III. & Paulus I. a tenera ætate Scholæ Cantorum traditi ſunt. Hujus rei teſtem habemus Scriptorem ſub nomine Anaſtaſii, de Vitis Romanorum Pon-

tifi-

(1) *Walafridus Strabo de Reb. Eccleſ. cap. 25.*

tificum. Ex his Claudius Jolyus (1) colligit, non ſolum in cantu, ſed etiam in litteris eruditos fuiſſe, qui Scholæ Cantorum antiquitus adſcribebantur.

(*b*) *Il Pontefice Aleſſandro VII. nel 1657. fece la ſua Coſtituzione, che incomincia Piæ ſollicitudinis.* Muſico cantui Eccleſiaſtico ut modum poneret Alexander VII., in examen adduxit muſices diſciplinam, quæ in Urbis Eccleſiis vigebat. Congregationem idcirco, ſeu Viſitationem inſtituit anno 1665. in qua Secretarii munere fungebatur Proſper Fagnanus. Latum inde fuit Edictum die 30. Julii anni ejuſdem, cujus præcipua capita recenſet Sarnellus (2): integrum autem tranſcripſit Criſpinus (3), & in Concilio Romano anni 1725. confirmatum legitur. Quæ cum ita ſint, vel hinc ſolum manifeſtò conſtat, quanto ſtudio, quantaque cura præteritis etiam temporibus Romani Pontifices adverſus Muſicæ Eccleſiaſticæ corruptelas egerint. Diſciplinæ ab Alexandro VII. reſtitutæ ſplendori lucem eripuit, immo obſcuritatem & tenebras induxit ſive vituperanda Præpoſitorum Eccleſiis incuria, ſive fatalis illa rerum humanarum conditio, ut optima quæque non ſint diuturna; ſed vix nata, perpetuâ ſtatim oblivione deleantur, atque ab hominum memoria excidant.

(*c*) *Non ſi cantaſſero, che parole ricavate dal Breviario, o dal Meſſale Romano, oppure ricavate dalla Sacra Scrittura, o da' Santi Padri.* Compertum eſt, exploratumque cuique, olim Epiſcopo facultatem fuiſſe hymnos preceſque condendi, Eccleſiaſticis deinde Officiis inſerendas. Sibi enim licere putabant Antiſtites, novis Orationibus ſuas Eccleſias inſtruere; eaſque pro ratione temporum, prout ipſis magis idoneum videbatur, ad augendam Sacramentorum venerationem, Populique Chriſtiani pietatem, amplificare. Hinc multi Sancti Patres hodie laudantur Hymnorum auctores. Agobardus in libro de Divina Pſalmodia ſtylum acriter diſtrinxit in quem-

O 2 dam

(1) *Jolyus in Syntagmate de Scholis Epiſcopal. & Eccleſiaſt. cap. 13.*
(2) *Sarnellus lib. 1. Epiſt. 9.*
(3) *Criſpinus Viſita Paſtorale par. 3. §. XI. pag. 884.*

dam Anonymum, qui præter Sacras Scripturas, alia etiam in divinis Officiis eloquia recitari poſſe autumabat. Probare enim contendit Agobardus in Eccleſiaſticis Officiis nihil canendum, quod non ſit e Sacris Scripturis depromptum. Eamdem ſententiam prodit Lugdunenſis Antiſtes in libro *de Correctione Antiphonarii*, quem ſuæ Eccleſiæ Cantoribus inſcripſit. Ultra æqui rectique metas aliquantulum progreſſus eſt Agobardus, cum ex libris Ritualibus proſcripſit quæcumque non eſſent ex Sacræ Scripturæ eloquiis contexta. Etenim Eccleſiaſtica Officia, quibus Eccleſia fere univerſa utitur, concinnata ſunt, partim ex precationibus, ſeu Pſalmis, & Canticis, partim ex lectionibus piis, per Patres Sacram Scripturam declarantes, editis. His enim alloquitur nos Deus, & nos Deum alloquimur. Laudi quidem dandum erat Eccleſiæ Lugdunenſi, quod eum ſervaret ritum antiquiſſimum; at non erat vertendum vitio aliis Eccleſiis, quod alia inſtituta ſectarentur. Rodulphus Tungrenſis (1), Chriſtianus Lupus (2), & Garzias Loayſa in notis ad Concilium Toletanum IV. celebratum anno 633. ſuæ eruditionis vires extenderunt ad probandum, jure & merito Eccleſiam in divinis perſolvendis Officiis, Sacrarum Scripturarum lectioni alias etiam a Patribus editas adjungere. Ad idem argumentum exornandum ſe nuper contulit Ludovicus Antonius Muratorius (3), qui rem liturgicam ſumma cum ſui nominis laude pertractavit, & antiquiſſima Sacramentaria exornavit, jampridem parata & accepta à Joſepho Blanchino Oratorii Romani Presbytero, viro, in re præcipuè Eccleſiaſtica, exquiſitâ revera & reconditâ litteratura ornatiſſimo, quem egregia Opera typis evulgata ſatis commendant. Cæterùm communi omnium Eccleſiarum voto receptum eſt, nihil in Eccleſia canendum aut recitandum eſſe, quod depromptum non ſit ex ſacris Litteris, aliiſve probatiſſimis ſcripturis. Ne tamen licentia in abuſus deflecteret, Eccleſia Romana aliis etiam juſtiſ-

ſimis

(1) *Rodulphus Tungrenſis de Canonum Obſervantia propoſit. XI. & XIII.*
(2) *Chriſt. Lupus ad Can. 75. Trullanum.*
(3) *Muratori de Liturgia Romana Veteri Tom. 1. cap. 2. pag. 11. & cap. 6. pag. 66.*

ſimis cauſis adducta, jampridem publicarum precum examen & approbationem ſibi reſervavit. Sic Clemens VIII. (1) novas Litanias, quiſquis earum eſſet auctor, vetuit in Eccleſia recitari.

(*d*) *Non ammiſe, che nelle Meſſe, oltre il canto del Gloria e del Simbolo, quello dell' Introito.* Vulgata quidem, & in omnes fere Eccleſias invecta probataque conſuetudo eſt, ut Symbolum Fidei a muſicorum Choro cum Organo decantetur. Nihilominus ſanctiſſimam noſtræ Fidei profeſſionem in ſolemni Miſſæ celebratione emittendam eſſe a Clericis omnibus, cujuſque generis inſtrumentis, ipſo etiam Organo ſilente, nonnullis Patribus viſum eſt. Concilium Rhemenſe anni 1564., quod cæteroquin Organorum uſum permittit, Symbolum Fidei *vocaliter* decantandum præſcripſit. S. Carolus in tertio Concilio Provinciali ſtatuit: *Symbolum Fidei totum à Choro, non alternatim, Organo canatur.* Congregatio Parochorum Patavii, Organo aliiſque Muſicis Inſtrumentis quieſcentibus, Symbolum canit, teſte Clericato (2).

(*e*) *Volendo, che i Muſici s' uniformino totalmente al Coro.* Optandum eſſet, ut Muſici, quemadmodum ad exemplum canentium in Choro in eo ſe componunt, quòd præter hymnos preceſque in libris Ritualibus præſcriptas, aliud quidpiam cantare prohibentur; ita etiam Clericorum more, dum divinas Laudes effundunt, Clericales veſtes & ſuperpellicea inducerent. Ita ſtatuit S. Carolus in primo Mediolanenſi Concilio (3). Hoc ipſum Romæ, ſumma cum Eccleſiarum Baſilicarum laude, & gratâ populorum ad eas confluentium admurmuratione ac plauſu, ſervari videmus. Nonnullis Urbis Venetæ, & Patavinæ Eccleſiis hoc etiam laudis accedit, quod Muſici, qui laicorum numero accenſentur, & ſæculari habitu incedere alias ſolent, Clericales veſtes ſeu ſuperpelliceum ſuperinducunt (4), cum Cantorum munere in illis funguntur.

(*f*) Non

(1) *Conſtitut. 122. Clementis VIII.*
(2) *Clericatus de Miſſa Sacrific. deciſ. 37. n. 38.*
(3) *Par. 2. tit. 51. de Muſica & Cantoribus.*
(4) *Clericat. de Sacrific. Miſſa deciſ. 49. n. 60.*

Digitized by Google

(f) *Non ammettendo altro, che il Cantico di qualche mottetto, cavato dagl' Inni di S. Tomaſo, e di Antiſone regiſtrate nel Breviario e Meſſale Romano*. Si præter ea, quæ in Breviario & in Miſſali Romano deſcripta ſunt, aliud quidquam, etiamſi ſit ſacrum, Muſicis canere non licet; potiori jure ab eorum Choro ſæcularia cantica proſcripta cenſentur. Gregorius Cedrenus (1) Theophylacto Patriarchæ C. P. culpæ notam inurit, quod in Eccleſiam id genus Cantica introduxerit. Abuſum eumdem, ſæculo XV. vigentem, Concilium Baſileenſe ſibi curandum duxit radicitus evellere; ſanxitque, *ne in Eccleſiis cantilenæ ſæculares admiſcerentur*.

§. IX.

POſto ſiſtema ai motetti, non può negarſi, che non ſi ſia fatto qualche paſſo per tener lontano dalle Chieſe il canto teatrale. Ma è d' uopo il confeſſare, che ciò non baſta per l' intento; potendoſi cantare, ed anche cantandoſi il Gloria, il Simbolo, l' Introito, il Graduale, l' Offertorio, e quanto ſi può lecitamente cantare nelle Meſſe e ne' Veſpri, giuſta ciò che poc' anzi ſi è detto, con canto da teatro. Il gran Veſcovo Guglielmo Lindano *nella ſua Panoplia Evangelica al lib.* 4. *cap.* 78. non è contrario alla muſica delle Chieſe; ma diſapprova le tante repetizioni (*a*), la confuſione delle voci; e propone, che nella Chieſa ſi adopri un' altra muſica adattata alle coſe che ſi cantano: *Quamquam non me fugiat, quibuſdam muſicam*

cum

(1) *Cedrenus hiſt. cap.* 9.

cum organis & muſicis rectiùs videri retinendam; quibus equidem perlibenter aſſentiar, ſi unà pro iſto muſices genere, quod nunc paſſim Eccleſias occupat, aliud introducatur, & gravius, & rebus ipſis convenientius; & ſi non, ut oportet, pronunciationi quàm cantui vicinius, ſaltem rebus, quæ canuntur, aptius atque accommodatius. Il Drexellio nella ſua Opera *della Rettorica celeſte al lib. 1. cap. 5.* così al noſtro propoſito eſclama: *Hìc pace veſtra dixerim, o Muſici, nunc Templis cantandi genus dominatur novum, ſed exorbitans, conciſum, ſaltatorium, & parum profectò religioſum, theatro aut choreis convenientius quàm Templo. Artificium quærimus, & perdimus priſcum precandi ac cantandi ſtudium. Curioſitati contulimus; ſed reverà negligimus pietatem. Quid enim novitia hæc & tripudians cantandi ratio, niſi comœdia eſt, in qua cantores velut actores ſunt, quorum modò unus prodit, modò duo, modò ſimul prodeunt omnes, & modulatis vocibus colloquuntur, mox iterum unus triumphat ſolus, cæteris brevi ſecuturis.* Il moderno Benedetto Girolamo Feijo, Maeſtro Generale dell' Ordine di S. Benedetto di Spagna, *nel ſuo Teatro Critico univerſale al diſcorſ.* 4. addita coi fondamenti delle note muſicali il modo, con cui può e dee ridurſi la muſica della Chieſa al vero ſuo ſtato, in tutto e per tutto differente dalla muſica de' teatri. Ma Noi qui ci contenteremo d' inſinuare colla ſcorta de' ſagri Concilj, e di

approvati Autori, che, ſe la muſica de' teatri, per quanto ci vien riferito, è diretta in un modo, che chi la ſente, gode la melodia, guſta il metallo della voce, ſi compiace dell' arte, ma non intende le parole; tutto il contrario dee ſuccedere nella muſica della Chieſa, *(b)* che eſſendo introdotta per elevare gli uomini a Dio (*c*), come dice S. Iſidoro *nel lib.* 1. *de Eccleſiaſticis Officiis al cap.* 5.: *Pſalterium idcirco cum melodia cantilenarum ſuavium ab Eccleſia frequentatur, quò faciliùs animi ad compunctionem flectantur*; ciò non può ottenerſi, ſe non s'intendono le parole. Nel Concilio Cameracenſe *del* 1565. *al tit.* 6. *cap.* 4. *nel tom.* 10. della Collezione dell' Arduino *alla pag.* 582. così viene ſtabilito: *Cæterùm quæ in Choro cani debent ad inſtructionem, ea canantur voce, ut intelligantur mente*. Nel Concilio primo di Milano, tenuto *l'anno* 1565. *part.* 2. *num.* 51. nella ſopraddetta Collezione *pag.* 687. così ſi legge: *In divinis Officiis, aut omnino in Eccleſiis nec profana cantica ſonive, nec in ſacris canticis molles flexiones, voces magis gutture oppreſſæ, quàm ore expreſſæ, aut denique laſciva ulla canendi ratio adhibeatur. Cantus & ſoni graves ſint, pii ac diſtincti, ac Domui Dei ac divinis laudibus accomodati, ut ſimul & verba intelligantur, & ad pietatem auditores excitentur*. Grave è in tal propoſito il ragionamento de' Padri radunati nel Concilio Toletano

te-

tenuto l'anno 1566. all' *Azione* 3. *cap.* 2. nella citata Collezione *pag.* 1164.: *Cùm ea, quæ in Eccleſiis cantantur ad Dei laudem celebrandam eo debeant cantari modo, quo populi intelligentià, quantum fieri poſſit, erudiri valeat, & religioſa pietatis ac devotionis moderatione, piorum auditorum mentes ad Divinæ Majeſtatis cultum, & cæleſtia deſideria excitari queant; caveant Epiſcopi, ne, dum in chorum muſicorum modulos, vocum omnis generis diſcrimine confuſos, admittunt, Pſalmorum, & aliorum, quæ cantari ſolent, verba obſcurentur, ac ſimul ſtrepitu incondito ſenſus ſepeliatur. Sic denique muſicam, quæ organica dicitur, retineant, ut eorum, quæ cantantur, verba & intelligi poſſint, & potius pronunciatione, quàm curioſis modulis, audientium animi divinis laudibus afficiantur.* Il che giuſtifica i lamenti del ſopraccitato Veſcovo Lindano *nel luogo allegato*: *Non enim nunc ſuò cantu Muſici auditorum animos tam ad pietatis cultum, cæleſtiaque excitant deſideria, quàm avocant, avertunt, alienant. Scio enim aliquando divinis me interfuiſſe Laudibus, cùm vel attentiſſimus auſcultarem ecquid fortè pſalleretur, ne unum quidem potuiſſe intelligere verbum: ita erant omnia ſyllabarum repetitionibus commixta, vocibus confuſa, clamoribus potius horridulis & incondito boatu, quàm cantu, obſcurata.* Giuſtifica il pio deſiderio, e la ſavia eſortazione, che ſi fa ai Muſici dal Drexellio *nel luogo ci-*

Digitized by Google

tato. Reviviſcat, obſecro, ſaltem aliquid priſcæ religioſitatis in ſacra muſica. Quod ſi cordi eſt & curæ divinus honor, hoc agite viri, hoc laborate, ut quæ cantantur verba, ſimul etiam intelligantur. Quid enim mihi varius in Templo ſonus, quid multiplex concentus, ſi deſit ei nucleus, ſi ſenſum & verba, quæ concentu ſunt inſtillanda, percipere nequeam? E giuſtifica finalmente l'enfatico diſcorſo, che fece il Cardinale Domenico Capranica al Sommo Pontefice Nicolò V. dopo che aveva aſſiſtito ad una ſacra funzione, ed ai divini Officj cantati in muſica, ſenza che ne aveſſe inteſo le parole: qual riſpoſta può leggerſi nel Poggio nella Vita del detto Cardinale appreſſo il Baluzio *al Lib.* 3. *Miſcell.* §. 18. *pag.* 289. Il gran Padre (*d*) S. Agoſtino *nel lib.* 9. *delle Confeſſioni al cap.* 6. atteſta, che, ſentendo cantare ſoavemente gl' inni nella Chieſa, piangeva dirottamente: *Quantum flevi in hymnis & canticis tuis, ſuave ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat. Inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cum eis.* Ma poi eſſendogli venuto ſcrupolo (*e*) del gran diletto, che provava ſentendo cantare gl' inni nelle Chieſe, e portandolo la ſeverità a diſapprovare il detto canto, ritornò nel primo penſiere d'approvarlo, per motivo che l'animo ſuo ſi commo-

moveva, non dal canto, ma dalle parole accompagnate col canto, come può vederſi *nel lib.* 10. *delle Confeſſioni al cap.* 33.: *Veruntamen cùm reminiſcor lacrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſiæ tuæ in primordiis recuperatæ fidei meæ, & nunc ipſo quod movear, non cantu, ſed rebus, quæ cantantur, cum liquida voce & convenientiſſima modulatione cantantur, magnam inſtituti hujus utilitatem rurſus agnoſco*. Piangeva S. Agoſtino di tenerezza, ſentendo cantare nelle Chieſe, e ben intendendo le parole accompagnate dal canto. Piangerebbe forſe ancor oggidì, ſe ſentiſſe qualcheduna delle muſiche delle Chieſe: ma non piangerebbe per tenerezza; piangerebbe per dolore di ſentire bensì il canto, ma di non intenderne le parole.

COMMENTARIUS.

(*a*) D*iſapprova le tante repetizioni*. Repetitus eorumdem verſuum ſeu verborum concentus, non ſolum mæſtorum animos non recreat, quod eſt Muſicæ officium, ſed etiam alacribus nimietate ſua faſtidium importat, ait, Radulphus Flaviacenſis (1).

(*b*) *Tutto il contrario dee ſuccedere nella Muſica delle Chieſe*. Cum inter Eccleſiaſticam, & theatralem muſicam longum latumque diſcrimen deprehendatur; profectò, ſi Muſici divina Eloquia in Eccleſia cantantes, dulcioribus modulis præter Religionis gravitatem, vocem frangant, immodeſta levi-

(1) *Radulphus Flaviacenſis in Levitic. lib.* 17. *cap.* 5.

levitate utantur, aut liberiùs, quàm par eſt, exultent: ſi tinnulis fucataque nimium arte laborantes, hominibus pluſquam Deo placere ſtudeant; Paganorum, non Chriſtianorum Ritus ſe conſectari intelligant. *Abſit*, inquit Amalarius (1), *ut Muſica vigorem Chriſtiani animi in mollitiem caducam poſſit convertere, quod genus etiam ipſi Gentiles vitabant*. Petulans nimiaque fractio vocis animum frangit, teſte Dionyſio Cartuſiano (2): nec minus criſpatio crinium in maribus, & corrugatio veſtium in mulieribus reprehenſioni obnoxia ſunt, quàm fractio vocis in Cantantibus. Recte proinde Rabanus Maurus (3) ad Dei Laudes celebrandas vocem poſtulat, *quæ habeat melodiam ſanctæ religioni congruentem: non quæ tragicam exclamet artem, ſed quæ Chriſtianam ſimplicitatem in ipſa modulatione demonſtret: neque quæ muſico geſtu, vel theatrali arte redoleat, ſed quæ compunctionem magis audientibus faciat*. In univerſum, ſi muſici monito Sancti Ambroſii animum ſerio adjicerent, tota Muſices diſciplina ad optatam emendationem ſtatim eſſet reſtituta. Apta quadam, & rotunda verborum concluſione comprehendit Sanctiſſimus Doctor, quæ fuſius a nobis ſparſim dicuntur. *In ipſo canendi genere* (4), inquit, *prima diſciplina, verecundia eſt*. Non ſui ipſius oſtentatio, ſed divini cultus obſequium, & Eccleſiæ decor, canentium animo obverſetur. Cum omnis ejuſmodi cauſa a Muſicis plerumque ducatur, futura eſt populi ædificatio aut offenſio, quam ipſi facient.

(c) *Eſſendo introdotta per elevare gli uomini a Dio..... ciò non può ottenerſi ſe non s' intendono le parole*. Cantum Eccleſiaſticum, muſicis Inſtrumentis attemperatum ad pietatem excitandam plurimum valere, alio loco adnotavimus. His ad cæleſtium amorem & contemplationem ſtatim ſe raptos nonnulli, experientiâ magiſtrâ, cognoverunt. S. Ambertus Ar-

(1) *Amalarius de Eccleſ. Offic. lib. 1. cap. 11.*
(2) *Dionyſius Cartuſian. in opuſculo de Vita Eccleſiaſtica.*
(3) *Rabanus Maurus de Inſtitut. Cleric. lib. 2. cap. 48. de Pſalmis.*
(4) *S. Ambroſius lib. 1. cap. 18.*

Archiepiſcopus Rhotomagenſis (1), cum diverſa muſicæ artis inſtrumenta chordis & tibiis perſonantia audiret, mente ſtatim aſſurgebat in Deum, eumque collaudabat, quod tantam mortalibus præberet induſtriam, ut ex his nonnulli peritia artis ac ſuavitate cantilenæ, aliorum animos ad cæleſtia traherent. Sed plurima in hanc rem ſunt exempla, quæ facile omnes norunt.

Quod autem nunc divina Cantica amore ſapientiæ plerumque non afficiant auditores, id, cum ad alias cauſas referendum eſt, tum præcipue Muſicorum culpæ adſcribendum videtur. Hi enim cum Pſalmos concinunt, cohibentes verba inter dentes, boatu ſepellientes aut exilitate vocis vix emittentes, non communi, *ſed peregrina lingua* Cantica divina proferunt. *Peregrinam* linguam, illam dico, cujus ſonus cum auditur, nec verba, nec ſenſus percipitur. *Barbaram* jure & merito potius appellares. Nam ex Apoſtolo (2) *ſi neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, Barbarus; & qui loquitur mihi, Barbarus.* Quin, ſi Muſicorum voces, ſyllabas elidentium, horridiſque clamoribus confundentium, pſittacorum voces diceres, nullus propterea tibi jure ſuccenſeat; cum hujus ſententiæ Sanctum Auguſtinum proferre poſſis auctorem. *Pſallentes* (3) inquit, *quæ proferimus, ut humano more, non quaſi avium voce cantamus. Nam & Meruli, & Pſittaci, & Corvi, & Picæ, & hujuſmodi volucres, ſæpe ab hominibus docentur ſonare, quæ neſciunt. Scienter autem cantare, naturæ hominis divina voluntate conceſſum eſt: quod & ipſe Pſalmiſta commendat. PSALLAM, ET INTELLIGAM.* Radulphus Flaviacenſis (4) Muſicos vana garrulitate perſtrepentes alloquitur, & luculentiſſimo ſermone ferit, quod ſuo pſallendi modo in auditorum pectora pietatem non influant, ſed vanam curioſitatem inducant: Ait. *Vos: aerem iſtum verbis im-*

(1) *Belland. to. 2. Februarii ad diem IX.*
(2) *Ad Corinth. cap 14. v. 11.*
(3) *S. Auguſtin. in pſ. 18. Enarrat. 2.*
(4) *Radulphus Flaviacenſ. in Levitic. lib. 17. c. 9.*

Digitized by Google

implctis, corde vacui. Cantica omnia divina ſine ſenſu percurritis, & cum multis labor in veſtro ſit, anima tamen veſtra fraudatur. Veſtra quippe Pſalmodia nec ſpiritualem affectum germinat, nec ſacræ meditationis farinam creat. Has ob cauſas Eunuchos e Choro dejici optabat Gandentium Præſul Willelmus Lindanus (1). Ad vitioſam hujuſmodi Pſalmodiam emendandam, rotundum ac ſonorum verborum ſonitum edendum eſſe, Sancti Patres inculcarunt. S. Bernardus (2) tam clare dilucideque verba pronuncianda eſſe monet, *ut Cantus ſenſum litteræ non evacuet, ſed fœcundet*. Rationem ducit a jactura ſpiritualis gratiæ, quam patitur, qui canentis verba auribus non excipit: *Non eſt levis jactura gratiæ ſpiritualis, levitate cantus abduci a ſenſuum utilitate, & plus ſinuandis intendere vocibus, quàm inſinuandis verbis*. S. Fulgentius, plene pronunciandi curam ſuis Clericis commendavit. Aquiſgranenſis ſub Ludovico Pio Synodus diſtinctum atque ſonorum cantum poſtulat a Cantoribus. Id ipſum & Patres apud Theodonis Villam in Capitulari edito anno 805. decreverunt. Sed & illuſtres artis muſicæ Scriptores, rem ad ejus normam accuratè expendentes, non vanum garritum, inutilemque vocum ſtrepitum, ſed claram diſtinctamque verborum pronunciationem à Muſicis poſtulant. *Ars cantandi*, optimè Bannius (3), *eſt lectio, ſeu pronunciatio modulationis ſingularum vocum, ex ſignis ſonituum notulis deſcriptorum, facta. Hanc claram, diſtinctam, fluidam vocis amœnitate, & concinnata verborum & ſonituum recitatione eſſe oportet, ut oratoris effectum ſortiatur*. Oratoris officium eſt, non docere ſolum, ſed delectare, & movere auditorum animos. Delectare ſuavitatis eſt: movere ſeu flectere, victoriæ. Atque hic demum eſt veriſſimus eloquentiæ & muſicæ triumphus. Numquid ad optatos exitus ſua conſilia perducent orator & muſicus, cum verborum tinnitum, non verba ipſa, auditores auribus per-

(1) *Lindanus Panopliæ Evangel. lib. 4. cap. 78.*
(2) *S. Bernard. Ep. 312.*
(3) *Bannius loc. cit. cap. 16.*

percipiunt? An potius probanda ſententia ſapientiſſimi Cardinalis Dominici Capranica (1), qui vocabulo uſus nimis aculeato, quoddam Muſicorum Collegium videri ſibi dixit *ſacculum porcellis plenum*, quòd *clamantium ſtrepitus audiretur, ſed nihil ex eo percipi poſſet*? Polydorus Virgilius (2) in vitia Muſicorum latius excurrit, quod, eliſis verbis, voce perſtrepunt in Eccleſia. Auditorum etiam levitatem carpit, qui melodicæ cantus ſuavitati indulgentes, de vi verborum nihil curant. Longior quidem eſt locus, eſcribendus tamen. *Hodie* (inquit) *nihilo plus e republica noſtra eſſe apparet, quando Cantores noſtri ita in Templis conſtrepunt, ut nihil præter vocem audiatur; & qui interſunt, ejuſmodi vocum concentu, quo eorum aures maxime calent, contenti, de vi verborum minime curant. Unde eo ventum eſt, ut apud vulgus omnis fere divini cultus ratio in iſtis Cantoribus ſita eſſe videatur, quos bona pars populi, ut audiat, in ſacras Ædes velut in Theatrum concurrit, eos pretio conducit, eos fovet, eos denique ſolos domui Dei ornamento eſſe exiſtimat; tanto molliores & delicatiores in cantu flexiones, & fictæ voculæ vulgus magis delectant, quàm certæ, & planæ; ac ei gratior eſt ſonus, qui tremulo e gutture funditur, quàm qui cum gravitate editur*. Fieri nihilominus poteſt, & pleruṁque contingere fertur, ut tales Muſici apud parum peritos rerum judices maximam gratiam aucupentur.

(*d*) *Il Gran Padre S. Agoſtino atteſta, che ſentendo cantare ſoavemente gl' Inni nella Chieſa, piangeva dirottamente*. Etſi virum Chriſtianum non modulatio vocis, ſed divina verba commovere debeant, contingit tamen aliquando, ut ex canentis modulatione cordis compunctio naſcatur. Compertum eſt, multos cantus ſuavitate commotos, ſpirituque contritionis abreptos, in uberes lacrymas erupiſſe, ex quo non verborum, ſed Pſallentium jucundiſſima dulcedo eorum animos per-

(1) *Baptiſta Poggius laudatus in hac Epiſtola, in vita Cardinalis Dominici Capranica, apud Baluzium lib. 1. Miſcellan. pag. 289.*

(2) *Polydorus Virgilius de Rerum Inventor. lib. 6. c. 2.*

pervaſerit. S. Adelardus Abbas Corbejenſis (1), cum dulciorem muſicam inter divina Officia audiret, a lacrymis temperare non poterat. Dulcedo forte cæleſtis Sanctos Viros, in divinorum Eloquiorum ſenſum introſpicientes, in uberrimas lacrymas ſolvebat.

(e) *Eſſendogli venuto ſcrupolo dal gran diletto, che provava ſentendo cantare gl' Inni nelle Chieſe; e portandolo la ſeverità a diſapprovare il detto canto, ritornò nel primo penſiere d'approvarlo per il motivo, che l'animo ſuo ſi commoveva non dal canto, ma dalle parole accompagnate col canto.* Quàm proni ſint homines ad cantum, quantaque voluptate ob armonicam modulationem afficiantur, ſatis ſuperque compertum eſt. Minimum, ac pene nullum intervallum inter ſuavem modulationem, & aurium delectationem interjacet. S. Joannes Chryſoſtomus (2), ſuos auditores hortaturus ad Cantum, Orationem ducit ab hominis natura, quæ uſque adeo Canticis & Carminibus delectatur, tantamque cum eis habet neceſſitudinem, ut vel infantes, ab uberibus pendentes, ſi fleant, ea ratione ſopiantur. Hac agendi arte Viri ſanctiſſimi ab illecebris mundi ad pietatem nonnullos traduxerunt. Meminit Beda (3) Monachi Angli, qui cæleſti quodam afflatu excitatus, extemporanea fundebat carmina de rebus ad Religionem ſpectantibus; eaque ipſemet modulabatur tanto pietatis ſenſu, ut eo quidam deliniti, ſæculo nuncium remitterent, & ad Chriſti caſtra convolarent. S. Ladiſlaus, ex Ordine Minorum concionator celeberrimus, piis cantilenis delectatus, hymnos & carmina (4) certis ligata numeris, & rhytmico concentu concluſa, pietatis ardore, divinique amoris dulcedine condita, latino & vernaculo idiomate digeſſit; eaque in Eccleſiis ante & poſt conciones, & in ſcholis cani & addiſci curavit. Mirum, quanta inde pietate populus fuerit inflammatus, quantoque ardore ad rerũm ſpiritualium dulcedinem commotus.

(1) *Bolland. To 1. Januarii, ad diem 11.*
(2) *S. Jo. Chryſoſtomus in pſ. 41. Vide etiam homil. in pſ. 134.*
(3) *Beda hiſt. Anglic. l. 4. c. 24.*
(4) *Bolland. To. 1. Maii ad diem II.*

tus. Auctor ejus vitæ rem iſtam prædicat *optimam inventu, ſanctam ſucceſſu, eventu etiam fructuoſam & utilem*. Sic enim illectus populus, plura pietatis officia exhibebat. Exploratum namque eſt, cantilenas, auribus licèt raro exceptas, memoriæ magis inhærere, quàm proſas ſæpius repetitas. S. Adalbertus Pragenſis (1), ut Polonos ad Chriſtum traduceret, Fideique dogmatibus facilius ſenſimque imbueret, ſuaviſſimas cantilenas Fidei myſteriis immixtas confecit, quas omnium ordinum turbæ canora voce recitabant.

Cùm itaque naturali quadam ratione Cantus animos hominum lætitia & gaudio afficiat, nil mirum videri debet, ſi Sanctus Auguſtinus, cum ſuæ converſionis primordiis Mediolani verſaretur, & Pſalmorum cantui intereſſet, fateatur ſe varios pietatis ſenſuumque motus ea de cauſa expertum fuiſſe. Adduci prima fronte non potuit ad laudandum, neque ad rejiciendum cantum melodicum, qui contrarios hoſce effectus parebat. Tandem pro cantu pronunciat, hac tamen conditione adjecta: *cum res liquida voce, & convenientiſſima modulatione cantantur*. Et mox: *Ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat*. Ad quod præcipue intendens S. Philippus Nerius, almæ hujus noſtræ Urbis Apoſtolus jure meritoque nuncupatus, ejus potiſſimum generis muſicam in Oratorii ſui Congregatione tanta cum laude, tantoque cum audientium fructu exercitam voluit, ut noſtris etiam temporibus experientia docti fateri debeamus, quod infirmior animus eorum, qui in Eccleſia S. Mariæ in Vallicella divinis Laudibus, muſicis numeris attemperatis, interſunt, per oblectamenta aurium in affectum pietatis aſſurgunt.

§. X.

AL canto ſuccede il ſuono dell' organo e degli altri ſtrumenti muſicali già introdotti nelle Chieſe, (*a*) come di ſopra ſi è detto:

Q

(1) *Bolland. ibidem*.

Digitized by Google

to : e di queſti pure è d' uopo il dire qualche coſa ; perchè ſe il canto non deve eſſere teatrale , non meno lo deve eſſere il ſuono . Non avevano biſogno gli Ebrei di queſta indagine, cioè di ſtabilire differenze fra il canto ed il ſuono de' teatri , e quello del Tempio ; riſultando bensì dalle Divine Scritture l' uſo del canto e degli ſtrumenti nel Tempio ; ma non già ne' teatri, come ben riflette il Calmet nella ſua Diſſertazione *ſopra la muſica degli Ebrei* . Noi bensì abbiamo biſogno di ſtabilirne la differenza, adoprandoſi il canto figurato col ſuono degl' iſtrumenti, tanto ne' teatri, quanto nelle Chieſe : ed eſſendoci ingegnati di ſtabilirla nel canto, ora procureremo di far lo ſteſſo nel ſuono . E per camminare con ordine, diſcorreremo degli ſtrumenti, che poſſono ammetterſi nelle muſiche delle Chieſe, del loro ſuono che accompagna il canto, e del ſuono diſgiunto dal canto, che è lo ſteſſo che dire delle ſinfonie.

COMMENTARIUS.

(*a*) AL *Canto ſuccede il ſuono dell' Organo, e degli altri ſtromenti muſicali già introdotti nelle Chieſe* . Organorum vetuſtatem produnt teſtimonia , tum Venantii Fortunati, qui anno 570. florebat; tum S. Auguſtini, qui Organorum, quæ follibus inflantur, meminit ; tum Aurelii Prudentii, qui in Apotheoſi adverſus Judæos, Organa, quæ diſparibus calamis conſtabant, carmine laudat. Ad Eccleſiaſticum

cal-

cultum Organa traducta fuiſſe dicuntur, dum Romanam Cathedram tenebat Vitalianus, qui Pontificatum obtinuit anno 657. Vide quæ diximus ſupra *ad §. V. litt b. pag. 89.* Organa fuiſſe Eccleſiæ Veronenſi Carolo Magno imperante, docent aliquot Inſtrumenta deſcripta ab Ughellio. Cl. Vir Scipio Maffæus (1), præclara eruditione ornatiſſimus, qui ad illuſtrandam eam amplisſimam Urbem, tot egregia monumenta tenebris erepta evulgavit, Organi in ea uſum à remotiore Longobardorum & Gothorum ætate repetit. Sæculo VIII. Organis & Organiſtis Romanæ Eccleſiæ adeo erant inſtructæ, ut Cantores Romani in Galliam migrantes, auctore Monacho Engoliſmenſi (2), Gallos *in arte organandi* inſtituerint. At labente ſæculo IX. urbs Roma optimis Organis, & Organiſtis caruiſſe videtur. Siquidem Joannes VIII. Annonem Epiſcopum Friſingenſem rogat, *ut optimum Organum cum artifice, qui hoc moderari & facere ad omnem modulationis efficaciam poſſit ad inſtructionem muſicæ diſciplinæ, ſibi aut deferat, aut mittat*. Organorum uſum in Eccleſiis commendant Concilia quamplurima, & Auctores quotquot ritus Eccleſiaſticos exornare aggreſſi ſunt. Ratum etiam eum habet Franciſcus Burmannus (3), licet a recto Fidei dogmate alienus; quòd utilem in cantu publico dirigendo inflammandoque operam conferant organa muſica, *ut quotidiano Eccleſiarum noſtratium*, ait, *experimento conſtat*.

De Organorum pulſatione in Monachorum Cænobiis, non ingratum futurum arbitror, ſi aliqua adjiciam. Sæculo X. Monachi Angli muſicis Organis aſſueverant. Horum tamen uſum probatum non fuiſſe omnibus Monachis labente ſæculo XI. ex veteribus monumentis collegit laudatiſſimus Mabillonius (4). Nonnulla ſtatuta a Congregationibus Ordinis Sancti Benedicti lata ſunt, quibus ſapientiſſimi Patres Organorum aliorumque Inſtrumentorum ſtrepitum in Eccleſiis ſeveriſſime

Q 2 prohi-

(1) *Verona illuſtrata to: 1. lib. XI. pag 674.*
(2) *Monachus Engoliſmenſis in Vita Caroli M. apud Ducheſne to: 2. pag. 75.*
(3) *Burmannus in Synopſi Theolog. Chriſt. par. 2. lib. 7. cap. 17. num. 13.*
(4) *Mabillon. Annal. Benedictin. to: 2. ad an. 757. pag. 181. n. 29.*

prohibuerant. Quin Monachis ipſis vetitum, ne figuratum cantum aut edifcerent, aut docerent. Tradit hæc Edmundus Martene (1); qui etiam cenſet in Gallicanis Monachorum Eccleſiis *non viſa fuiſſe Organa ante trecentos, aut ad ſummum ante quadringentos annos*.

Hodiernos Monachorum mores in examen adducit Mabillonius (2). In nonnullis Benedictinorum Eccleſiis Organorum pulſationem receptam eſſe ſcribit, non in omnibus; nec deeſſe addit hoc ævo pios viros, quibus ea minime probatur: alios tamen media incedentes via, exiſtimare, toleranda eſſe organa, ubi jam ſunt, non inducenda ubi non ſunt.

§. XI.

QUanto agli ſtrumenti, che poſſono ammetterſi nelle Chieſe, il ſopraccitato Benedetto Girolamo Feijoo *nell' allegato diſc.* 14. §. 11. *num.* 43. ammette gli organi, ammette altri ſtrumenti; ma vorrebbe banditi i violini, perchè le loro arcate quantunque armonioſe, ſono ſtrilli, che eccitano ne' noſtri ſpiriti una vivezza quaſi puerile, e lontana molto da quella decoroſa e ſavia attenzione, che ſi deve a i noſtri ſacri Miſterj. Il Bauldry *nel Manuale delle ſacre Cerimonie par.* 1. *cap.* 8. *num.* 14. non vorrebbe nelle Chieſe coll' organo, chè le trombe e gli ſtrumenti da fiato: *Nec alia iſtrumenta muſicalia cum organo pulſentur, niſi tubæ, tibiæ, aut cornua*. Per lo contrario i Padri del primo Concilio Provincia-

(1) *Martene in Regul. S. Benedicti ad cap.* 19.
(2) *Mabillon. ibid.*

ciale di Milano ſotto S. Carlo Borromeo *nel tit. de Muſica & Cantoribus*, bandiſcono dalla Chieſa nominatamente gl'iſtrumenti da fiato. *Organo tantùm in Eccleſia locus ſit: tibiæ, cornua, & reliqua muſica inſtrumenta excludantur*. Non abbiamo tralaſciato di ricercare il conſiglio in Roma, e fuori di Roma, d' uomini aſſennati, ed inſigni Maeſtri di Cappella: e coerentemente al loro conſiglio, quando nelle ſue Chieſe ſia introdotto l' uſo degli ſtrumenti, non ammetterà coll'organo, altro che violini, violoncelli, fagotti, viole, e violini, che ſervono per rinforzo maggiore di quelli che cantano; e bandirà i timpani, (*a*) i corni da caccia, le trombe, gli oboè, i flauti, i flautini, i ſalterj moderni, i mandolini, e ſimili iſtrumenti, che non ſervono, che per rendere la muſica teatrale. Quanto all' uſo de' ſopraddetti permeſſi (*b*) ſtrumenti, altro non ſappiamo additarle, ſe non che, dovendoſi adoprare per ravvivare maggiormente il canto e la parola, eccitando in queſta maniera l' interiore affetto verſo Dio, come bene riflette il Valenza *nel tom. 3. ſopra la 2. 2. di S. Tommaſo diſput. 6. quæſt. 9. punct. unic.* ove diſcorrendo dell' utilità della muſica e degli ſtrumenti muſicali nelle Chieſe, così ſcrive: *Ad excitandum interiorem affectum tum proprium, tum etiam aliorum, præſertim vulgarium, qui interdum adeo infirmi ſunt, ut non modò vocum cantu, ſed etiam*

or-

organis, *& muſicis inſtrumentis ad ſenſum rerum ſpiritualium concitandi ſunt*: ogni qual volta non laſciano, come pur troppo oggi ſi pratica, libero l'adito, che ai trilli del muſico, ed opprimono e ſeppelliſcono le parole di chi canta, l'uſo loro non ſolo reſta inutile, ma ancora riprovato. Il Pontefice Giovanni XXII. nella citata ſua Eſtravagante *Docta Sanctorum*, fra gli abuſi della muſica delle Chieſe annovera il ſeguente: *Melodiam hocquetis interſecant*: cioè coi ſinghiozzi, giuſta ciò che Carlo du Freſne nel ſuo Gloſſario addita, che è lo ſteſſo che dire coi trilli. Il gran Veſcovo poi Lindano *nel luogo citato* non laſcia d'inveire contra l'abuſo d'opprimere col ſuono le parole. *Tubarum clangore, cornutorum ſtridore, alioque ſtrepitu vario, ne quid prætermittere videantur, quod cantici verba ſemel obſcuret, ſenſumque ſepeliat & obruat*. Il pio e dotto Cardinal Bona nel più volte citato Trattato *de Divina Pſalmodia al cap.* 17. §. 2. *num.* 5. così ſcrive al noſtro propoſito: *Deſino, ſi prius admonuero Eccleſiaſticos cantores, ne ad uſum illicitæ voluptatis aſſumant, quod Sancti Patres ad effectum pietatis inſtituerunt. Talis enim debet eſſe ſonus, tam gravis, tam moderatus, ut non totum animum ad ſui rapiat oblectationem; ſed eorum, quæ cantantur, ſenſui, & pietatis affectui majorem relinquant portionem*. Finalmente, quanto alle ſinfonie, ove l'uſo ſia intro-

trodotto, potranno tollerarſi, purchè ſiano gravi, e colla loro lunghezza non rechino noja o grave incomodo a quelli, che ſono nel Coro, o aſſiſtono all' Altare ne' Veſpri e nelle Meſſe. Parla di queſte ſinfonie il Suarez *nel cit. tom.* 2. *de Religione al lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 17.: *Unde etiam intelligitur, non eſſe per ſe damnabilem uſum intermiſcendi in Divinis Officiis ſonum organorum ſine ullo cantu, ſolum cum ſuavitate muſicæ inſtrumentorum, ut fit interdum in Miſſa ſolemni, vel in Horis Canonicis inter Pſalmos; quia tunc ille ſonus non eſt pars Officii, & fit ad ſolemnitatem & reverentiam ipſius Officii, & ad levandos animos fidelium, ut facilius ad devotionem aſſurgant, ſeu diſponantur. Quamvis autem ad illum ſonum nihil voce cantetur, oportet, ut ſonus ipſe gravis ſit & aptus ad excitandam devotionem* - non potendoſi però, nè dovendoſi tralaſciare di ſuggerire, eſſer coſa malfatta, e non tollerabile, (*c*) che in alcuni giorni dell' anno ſi facciano ſinfonie, ſi facciano muſiche ſuntuoſe ne' ſacri Tempj, che per lo più non ſono adattate a que' ſacri Miſterj, che la Chieſa in que' tempi propone alla venerazione de' ſuoi fedeli. Eſclama con molto zelo il più volte nominato Maeſtro Generale dell' Ordine di S. Benedetto di Spagna *nell' allegato diſcorſo* 14. *al* §. 9. contra le arie e recitativi, che pur troppo alle volte ſi ſentono nelle muſiche della Chieſa nelle Lamentazioni, che ſi

cantano nella Settimana Santa, nelle quali ora ſi piange la deſolazione di Geruſalemme per gli Caldei, ora la ſtrage del Mondo per gli peccati, or l' afflizione della Chieſa militante nelle perſecuzioni, or l' anguſtia del noſtro Redentore ne' ſuoi martirj. Nel Pontificato del noſtro Santo Predeceſſore Pio V. *(d)* era la Chieſa di Lucca governata da Aleſſandro Veſcovo molto zelante dell' Eccleſiaſtica diſciplina. Avea queſti oſſervato, che nella Settimana Santa ſi facevano nelle Chieſe muſiche ſolenniſſime con iſciegliere bravi profeſſori di canto e di ſuono, il che non era compatibile colla meſtizia praticata in que' giorni nelle ſacre Funzioni, oltre gli ſcandali, che pur troppo ſeguivano pel gran concorſo delle perſone dell' uno e dell' altro ſeſſo. Publicò il Veſcovo un Editto proibitivo, e che comprendeva tutta la Settimana Santa, incominciando dalla Domenica delle Palme, e che anche s' eſtendeva ai tre giorni di Paſqua. Preteſero gli eſenti dalla di lui ordinaria Giuriſdizione di non reſtar obbligati dal detto Editto: ed avendo il Veſcovo fatto ricorſo al ſopraddetto Sommo Pontefice S. Pio V. queſti in un ſuo Breve ſpedito *ai 4. di Aprile del* 1571. dopo aver nel proemio deplorata la cecità degli uomini, che non ſolo ne' giorni ſacri, ma anche in quelli, ne' quali ſpecialmente ſi celebra la memoria della Paſſione di Gesù Criſto, ſi laſciano traſportare dal pia-

ce-

cere del Mondo, e mettono da parte la pietà e la purità della mente: *Quod cum in omnibus ſacris temporibus, tum in eo præcipuè cavendum vitandumque eſt, quod Dominicæ Paſſionis memoriæ recolendæ ab eadem Eccleſia ſtatutum aſſignatumque fuit, in quo ipſo tempore maxime decet omnes Chriſtifideles tota mente ad contemplandum tale tantumque Redemptoris noſtri beneficium converſos, ſe ipſos ab omni cordis ſenſuſque impuritate immunes liberoſque præſtare*: riferiſce l'abuſo introdotto in Lucca di fare ſcelta nella Settimana Santa di bravi muſici, ed unione d'ogni ſorta di ſtrumenti: *Nuper non ſine magno animi noſtri dolore intelleximus, in iſta Civitate, cujus Epiſcopatum geris, abuſum quemdam valde deteſtabilem irrepſiſſe, exquiſitiſſimas omnis vocum inſtrumentorumque generis muſicas in Eccleſiis per Hebdomadam Sanctam adhibendi; ad quas potius, quàm ad divina Officia audienda, omni utriuſque ſexus juventute magna frequentia cupidiſſimè confluente, gravia peccata, nec minora ſcandala committi, experientia comprobatum eſt*: commenda l'Editto del Veſcovo, ed inerendo ai ſentimenti del ſacro Concilio di Trento, dichiara ad eſſo ſottopoſte le Chieſe quantunque eſenti dalla di lui autorità Ordinaria. E nel Concilio ultimo Romano tenuto *l'anno* 1725. *al tit.*15. *num.*6. ſi leggono varj ſtabilimenti ſopra l'uſo della muſica e degli ſtrumenti nell'

Avvento, e nelle Domeniche di Quareſima, ed Eſequie de' Morti.

COMMENTARIUS.

(a) *Bandirà i timpani, i corni da caccia, le trombe, gli oboè i flauti, i flautini, i ſalterj moderni, i mandolini, e ſimili ſtromenti, che non ſervono che per rendere la Muſica Teatrale.* Memorata, aliaque id generis inſtrumenta, dulcem quidem, & ad aurium voluptatem efficiunt Muſicam, ſaltum provocant, animoque oblectamentum afferunt; at pietatis ſenſum non pariunt, nec peccatorum contritionem conciliant. Quis enim eſt tam vecors, qui dixerit hujuſmodi muſicam auditorum animos in deſideria æternorum, & in arcanos cordis gemitus transferre? In Principum Palatiis, Regumque Aulis commendationem habent: in Eccleſia vero noxia omnino ſunt, & a divinis Laudibus celebrandis aliena. Etenim à cæleſtium contemplatione revocant, & ad terrena audientes, bene cæteroquin affectos, defigunt. Tantum abſunt à ſacrarum Ædium religione, quantum a decoro, & modeſtia. Damna, quibus audientes afficiunt, eo graviora ſunt, quo latentia, & voluptatis ſpecie velata. Dum enim blande ſuaviterque inſluunt in aures, peſtem animis ferunt: cum oblectant, ſæviunt: cum blandiuntur, occidunt: dumque animus hiſce delectatur concentibus, a Chriſtiana pietate dejicitur, ac frangitur. Hinc merito *inſidioſos ſonos* Sanctus Leo Magnus (1) appellat. Non eſt cur ego Sanctorum Patrum, & Conciliorum auctoritate fulciam hujusmodi ſententiam, ad quam confirmandam, veterum & recentiorum Scriptorum nubes in promptu eſſet. Longiori ſane hæc egerent oratione, ſeu potius lamentatione & deploratione. Attamen res ipſa per ſe loquitur.

Viri pii ac religioſi indignati hactenus ſunt, ac vehementiſſime doluerunt, quod theatralibus Inſtrumentis perſonarent Tem-

(1) *S. Leo Serm. 4. de Jejunio Septimi menſis.*

Digitized by Google

Templa; & auditores quamplurimi, veluti atra caligine merſi, inter bellicorum fere dixerim Inſtrumentorum ſtrepitus geſtirent, & exultarent in Eccleſia. Omni ope ergo curandum Moderatoribus Eccleſiarum, ut ejuſmodi exceſſus avertant; falcemque ad tot ſcandala omnino improbanda adhibeant. Suo muneri deeſſe intelligant, niſi ea intrepide, & ſine mora avveruncare curent; & niſi eam muſicam ſuis in Eccleſiis inſtituant, quæ (1) *audientium animos deliniet, & excitet ad devotionem, compunctionemque, non laſciviam, cordiſve, aut animi titillationem*. Quare tandem intelligas, juſtas Benedicto XIV. adfuiſſe cauſas amandandi ab Eccleſia ea Inſtrumentorum genera, quorum ope Muſica in theatrales modos & concentus, tanta cum populorum offenſione, deflectit.

(*b*) *Quanto all' uſo de' ſopradetti permeſſi ſtromenti, altro non ſappiamo additarle, ſe non che, dovendoſi adoprare per ravvivare maggiormente il canto, e la parola, eccitando in queſta maniera l' interiore affetto verſo Dio &c.* Hic præcipuus Eccleſiaſticæ Muſices finis, huc etiam tendunt geminata Benedicti XIV. hortamenta: ſcilicet, cantum muſicum Inſtrumentis ita temperandum, ut pietas & religio auditoribus concilietur. Sanctus Joannes Chryſoſtomus (ſive quiſquis ſit auctor homiliæ in illud: *Dominus regnavit*) Davidis Citharam commendat, quod ſonos daret, οὐκ ἀκοὰς θέλγοντας, ἀλλὰ ψυχὰς ἐκπαιδεύοντας: *non aures demulcentes, ſed animam erudientes*. Molanus (2) Inſtrumenta muſica ſic adhibenda monet, *ut ſpiritus lætitiam magis quàm carnis promoveant*.

(*c*) *Eſſer coſa malfatta, e non tollerabile, che in alcuni giorni dell' anno ſi facciano Sinfonie, ſi facciano Muſiche... che per lo più non ſono adattate a quei Sacri Miſterj, che la Chieſa in quei tempi propone alla venerazione de' Fedeli.* Ad concipiendam animo religionem, mirum in modum valet armonica modulatio, quæ Sacris Myſteriis, quorum memoria

 re-

(1) *Concilium Senonenſe an. 1528. Can. 16.*
(2) *Molanus de Canonicis lib. 1. cap. 39. de Muſicis Cantoribus.*

recolitur, aut verbis quæ recitantur, ſit attemperata, omnique ex parte reſpondeat. Cyrillus Franchus, quem laudavimus ſupra §. *IV. litt. e pag.* 84. in jus vocat Moderatores Muſicæ, qui Hymnos, Pſalmos, Lamentationes æquo ſtylo, parique forma numeris muſicis accommodant, nullo diſcrimine inter varios diverſoſque affectus, quos verba præſeferunt, interjecto; nullaque penitus Rei, aut ſacrorum Myſteriorum, quæ celebrantur, habita ratione. *La Muſica d'oggi* (ſic in Epiſtola ad Amicum ſcribit) *non ha niente di Teorica, ed è ſolo un applicamento alla Pratica, perche il Kyrie eleiſon che vol dire Signore abbiate miſericordia, il Muſico averebbe con la maniera Miſſolydia, eſpreſſo l'affetto di domandare a Dio perdono..... e l'averebbe ridotta ad un divotiſſimo affetto: così averebbe accomodato varie maniere al ſenſo delle parole, e fatto diferente muſica dal Kyrie all' Agnus Dei, ed alla Gloria, al Credo, e al Sanctus, al Pleni ſunt, e dalli Salmi alli motetti. Ma oggi tutte queſte coſe, tanto differenti fra eſſe, ſi cantano col medeſimo tono, e di una medeſima maniera*. Cyrilli Franchi Epiſtolam Anonymus (1) quidam vehementiori ſtylo agreſſus eſt; & licèt, quod ad cætera capita attinet, in reſpondendo ſermonem aliò deflectat, & a propoſito plerumque declinet; recenſitæ tamen quærimoniæ a Cyrillo inſtitutæ nihil ſe habere, quod reponat, aperte fatetur his verbis: *Nelli motetti, ed opre della Settimana Santa ha molto ragione il Veſcovo di lamentarſi, e volere, che tutta la muſica ſia accomodata alle parole*. Antimus Liberati in Epiſtola alio loco §. *IV. litt. c. pag.* 82. indicata, eaſdem accuſationes ſtruit in eos, qui compoſitiones muſicas in Eccleſiis edentes, à præſtantiſſimæ artis regulis longe aberrant, atque evagantur: multaque admiratione corripitur, hujuſmodi moderatores Muſicæ tantam inde ſibi ab Auditoribus gratiam conciliare, ut in majori exiſtimatione habeantur, ſi ingenti Inſtrumentorum ſtrepitu, vocum clamoribus, boatu, ac fere dixerim tonitrubus efficiant Eccleſias per-

(1) *Anonymi Epiſtola extat inter Miſcellanea in 4. in Bibliotheca Caſanatenſi to. 56. pag. 47. Conſule etiam quæ habet pag. 40.*

perſonare, ac undique concuti. *Quei Compoſitori a' tempi noſtri ſono ſtimati ed applauditi per i più valoroſi, che fanno più ſtrepito e più rumore di voci e di ſtromenti: che fanno ſentire nuovi modi ſregolati ſenza diſtinzione immaginabile nè di Chieſe, nè di Teatri, nè di Camera... e ſenza riguardo nè dell' oneſto, nè del decoroſo, nè dell' artificioſo ſtile e coſtume de' Profeſſori più eruditi e più oſſervanti della più laudabile armonia.*

(*d*) *Nel Pontificato del noſtro Santo Predeceſſore Pio V.* Sanctus Pius V., qui ad Eccleſiaſticam priſtinam gravitatem cuncta revocare curavit, eo etiam nomine a ſui ævi Scriptoribus commendatur, quod muſica inſtrumenta, quibus Purpuratorum Patrum Conſiſtorium perſonabat, cum illud Summus Pontifex cogebat, abſtulerit, & inolitam conſuetudinem abrogaverit (1). Hic nempe faſtus profanum neſcio quid redolere videbatur: nec Perſonarum decori ac majeſtati congruere, nec ſeriam eodem in loco rerum tractandarum honeſtatem decere, arbitratus eſt. Vetus quippe mos erat, Coronationem Summi Pontificis nedum feſtivis acclamationibus, ſed muſicis Inſtrumentis, & ſuaviſſimis concentibus celebrandi. Jacobus Cajetanus, ſeu Stephaneſcus, qui Bonifacii VIII. a quo Cardinalitia dignitate auctus eſt, ejuſque Prædeceſſoris Cæleſtini V. præclara geſta numeris eſt proſecutus, ac duobus libris complexus, cum de ejuſdem Bonifacii VIII. coronatione agit, muſicos cantantium Choros, ſonoras voces aëre perſonantes, & varia Inſtrumentorum genera deſcribit, quibus communi omnium ordinum plauſu Pontifici recens creato præconia canebantur. Utrumque Jacobi Cardinalis Opus, de Actis ſancti Cæleſtini: & Electione & Coronatione Bonifacii VIII. extat in Majo Bollandiano (2).

§. XII.

(1) *Ladercbi Annal. Eccleſiaſt. To. 22. ad An. 1566. n. 50.*
(2) *Tom. 4. pag 437. & 461.*

§. XII.

CI ricordiamo aver letto, che l' Imperadore Carlo Magno (*a*), volendo ridurre al dovuto ſegno il canto mal regolato nelle Chieſe di Francia, ottenne dal Pontefice Adriano I. uomini di Roma ben prattici, che con molta facilitá introduſſero in quel Regno il canto Romano, come può vederſi in Paolo Diacono *nel lib.* 2. *della Vita di S. Gregorio cap.* 9. *e* 10. in Rodolfo Tungrenſe *de Canonum obſervantia propoſit.* 12. in S. Antonino *nella Somma Iſtoriale part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 3. Il Monaco Engoliſmenſe *nella Vita di Carlo Magno al cap.* 8. aggiugne, che i Cantori venuti da Roma inſegnarono anche in Francia l' uſo di ſonar l' organo, quale, regnante Pipino, (*b*) era ſtato introdotto in quel Regno. Oltre la regola generale, che la Città di Roma deve eſſer l' eſempio (*c*) di tutte l' altre Città ne' Riti Eccleſiaſtici, il ſopraddetto fatto ci aſtringe particolarmente a porre ogni mezzo, acciò gli eſagerati diſordini nel canto Eccleſiaſtico, che riproviamo nelle altre Chieſe, ſiano banditi particolarmente dalle Chieſe di Roma: e ſiccome Noi non laſciamo di dare gli ordini opportuni al Noſtro Cardinale Vicario, così ella non laſci di pubblicare, quando ve ne ſia il biſogno, Editti opportuni e regolativi della muſi-

ca,

ca, in ſequela di queſta noſtra Lettera Circolare, appoggiandoſi alle regole in eſſa ſtabilite, acciocchè una volta ſi dia principio alla riforma (*d*) delle Muſiche nelle Chieſe, tanto ſoſpirata ed inculcata, ſono già più di cento anni, da Gio: Battiſta Doni Patrizio Fiorentino nel ſuo Trattato *de Præſtantia Muſicæ veteris al lib.* 1. *pag.* 49.: *Nunc verò eò redacta res eſt, ut nec quiſquam reperiatur, qui effœminatum quemdam ac leviuſculum, qui jam paſſim invaluit, canendi modum ſevera lege cohibeat, nec affectata illa prolixaque ac ſæpe biulca meliſmata, ad certam normam redigenda exiſtimet; aut dies ſolemnes, Ædeſque ſacras ſuam celebritatem ac frequentiam habituras putet, niſi mollioribus ac ſæpe parum decoris cantibus, magnaque vocum ac inſtrumentorum confuſione certatim omnia perſonent.*

COMMENTARIUS.

(*a*) *CI ricordiamo aver letto, che l'Imperadore Carlo Magno, volendo ridurre al dovuto ſegno il canto mal regolato nelle Chieſe di Francia, ottenne dal Pontefice Adriano I. uomini di Roma ben prattici.* Carolus ter quidem Magnus, & Imperii Gallicani decus, recte perpendens optimorum Principum ac Heroum eſſe, ad omne gloriæ genus contendere, ſuiſque Populis quamcumque felicitatem comparare, eam præcipue, quæ ad integritatem Fidei, & Eccleſiaſticam diſciplinam pertinet; ſibi curandum duxit, perpetuam in Ritibus cum Romana Eccleſia concordiam in Regni ſui Eccleſiis, quam latiſſime fieri poſſet, ſtabilire. Nec proinde laudem detrahi velim

Pi-

Digitized by Google

Pipino Caroli patri, qui tam illuſtre opus primò aggreſſus eſt. Magna ac præclara ab utroque geſta in ſuæ erga Romanam Sedem obſervantiæ argumentum, a nobis commemoranda, eorum non quidem felicitati, ſed virtuti tribuenda ſunt. De utroque dicendum.

Pipini itaque ope cantus Romanus in Gallias deductus eſt. Cum enim is cognoviſſet multum diſcriminis inter Romanum, & Gallicanum cantum deprehendi, in eam ſe cogitationem præreptum ſentiit, ut Regni ſui Eccleſias ad Cantum Gregorianum truduceret. Illi proinde, flagitanti duodecim Cantores Romanos, Stephanus II. conceſſit; totius negotii duce forſan & auſpice Chrodogango Metenſe. Narrat hæc Sangallenſis (1) Monachus his verbis: *Secundum numerum duodecim Apoſtolorum de Sede Apoſtolica duodecim Clericos doctiſſimos Cantilenæ ad eum in Franciam direxit*. Carolo Magno tribuit is auctor, quod Pipino Patri tribuendum cenſet Thomaſinus(2). Siquidem ipſe Carolus in Capitulari Aquiſgranenſi anni 789. luculentiſſime affirmat, Pipinum genitorem ſuum, cantum Romanum in Gallias tuliſſe *ob unanimitatem Apoſtolicæ Sedis, & Sanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam*. Quibus verbis edocemur, non unitati Fidei tantùm cum Romana Eccleſia proſpectum voluiſſe maximos illos Reges; ſed Romanum etiam ritum cantumque in Gallicanas Eccleſias deduxiſſe; implexa namque eſt, inhæretque Officiis Eccleſiaſticis Fides orthodoxa. Profectò cantûs, Officiorum, ſacrorumque Rituum diſcordia ab Eccleſia Romana, non poterat in Eccleſiis Gallicanis aliquando non eſſe offendiculo, & forte etiam integritati Fidei detrimento.

De eodem negotio Pipinus Litteras dedit ad Paulum ſummum Pontificem, qui Stephanum II. & III. in Pontificia Sede exceperat. Paulus ad Remigium Epiſcopum Rhotomagenſem, & Pipini fratrem, miſit Simeonem Secundicerium ſcholæ Cantorum, qui Monachos ejus Diœceſis Romanum Cantum edoceret. Miſit etiam ad Pipinum Antiphonale, & Reſponſale. At paulo poſt, cum Romæ e vivis exceſſiſſet Gregorius Primicerius Canto-

(1) *Sangallenſis lib. 1. cap. 10.* (2) *Thomaſin. Eccl. diſcipl. par. 1, lib. 2. cap. 80. n. 2.*

torum, Paulus Pontifex Simeonem Secundicerium e Galliis avocavit. Opere proinde ibi ex communibus votis non abſoluto, Clericiſque in Romanum Cantum non ſatis inſtructis, Remigius quoſdam Monachos Romam ablegavit, qui cantus diſciplinâ a Simeone imbuti, cum remearent ad ſuos, Romanam modulationem cæteris traderent. Dedit operam Paulus (1), ut Monachi illi in Romana Schola accurate erudirentur; cumque ſe recepiſſent in Galliam, Romanum Cantum in Eccleſiis evulgarunt. Id factum eſſe tradit Carolus Magnus, *ob humanitatem Apoſtolicæ Sedis, & Sanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam*. Contigerunt hæc circa annum ferè 758., in quem ea rejecit Mabillonius. (2)

Extincto Pipino, Carolus ejus filius præ eximio, quo in divinum cultum ferebatur zelo, egregio illuſtrique Patris ſui ſapientiſſimi incenſus exemplo, eamdem provinciam ſuſcepit. In eo potiſſimum intendit, ut Romanum Cantum Gallicanæ Eccleſiæ adoptarent. Conſilii ſui hanc rationem aperit, (3) *ut non eſſet diſpar ordo Pſallendi, quibus erat compar ardor Credendi.*

Itaque Romam Carolus tertiò profectus anno 786., ibi Paſcha cum Hadriano Papa celebravit; indeque Cantores Romanos, qui nedum Cantum Gregorianum Gallos edocere curarent, ſed & Eccleſiarum Libros Antiphonarios emendarent, ſecum in Galliam adduxit; nec non Grammaticos, & Calculatores peritiſſimos ad publicas Scholas in Galliis inſtituendas, & ſtudia litterarum inſtauranda, a Summo Pontifice impetravit. De litterarum ſtudiis, ſcholiſque publicis in Gallia a Carolo Magno erectis, eruditiſſimam diſſertationem edidit clarus vir Ludovicus Antonius Muratori (4). Hoc idem argumentum multa eruditionis copia exornarunt La-Cointe, (5) & Mabillonius. (6)

S Quod

(1) *Vide Epiſtolam IX. Pauli PP. I. ad Pepinum Regem, to. 2. Conciliorum Galliæ collect. per Sirmundum pag. 58.*
(2) *Mabillon. Annal. Ordin. S. Benedicti ad an. 758. tom. 2. pag. 184. n. 34.*
(3) *Lib. 1. Con. Synod. pro adorandis Imagin. cap. 6.*
(4) *Muratori Antiquit. Medii Ævi diſſertat. 43.*
(5) *La Cointe in Annal. Francor. to. 6. ad an. 787. n. 9. & to. 7. ad an. 805. n. 48.*
(6) *Mabillonius in acta SS. Ordin. S. Benedicti, Præfat. in Sæculum IV. §. VIII.*

Digitized by Google

Quod ad Cantores Romanos attinet, in Galliam adductos, occaſionem arripuit Rex ex diſſidio inter Cantores Romanos & Gallos Romæ orto, quod cum accurate deſcribat Monachus Engoliſmenſis (1) in Vita Caroli Magni, eum audire præſtat. Longiuſcula quidem verba, ſed non diſſimulanda. *Reverſus eſt* (inquit) *e Ducatu* (Beneventano) *Rex piiſſimus Carolus, & celebravit Romæ Paſcha cum Domno Apoſtolico. Ecce orta eſt contentio per dies feſtos Paſchæ inter Cantores Romanorum, & Gallorum. Dicebant ſe Galli melius cantare & pulchrius, quàm Romani. Dicebant ſe Romani doctiſſime Cantilenas Eccleſiaſticas proferre, ſicut docti fuerunt a Sancto Gregorio Papa. Gallos corrupte cantare, & cantilenam ſanam deſtruendo dilacerare. Quæ contentio ante Domnum Regem Carolum pervenit. Galli vero propter ſecuritatem Domni Regis Caroli valde exprobrabant Cantoribus Romanis. Romani vero propter auctoritatem magnæ doctrinæ, eos ſtultos, ruſticos, & indoctos veluti bruta animalia affirmabant, & doctrinam S. Gregorii præferebant ruſticitati eorum.* Utràque parte acriter contendente, controverſia tandem à Carolo fuit compoſita, Gallis ſuis demonſtrante, nuſquam puriores manare aquas, quàm in ipſa ſui ſcaturigine; nec alibi poſſe Cantum Gregorianum limpidiorem fluere, quàm in Romana Sancti Gregorii Schola: *Et cum altercatio*, (his verbis narrationem Engoliſmenſis Monachus proſequitur) *de neutra parte finiret, ait Domnus piiſſimus Rex Carolus ad ſuos Cantores: Dicite palam, quis purior eſt, & quis melior, aut fons vivus, aut rivuli ejus longe decurrentes? Reſponderunt omnes una voce; Fontem velut caput & originem puriorem eſſe . . . . . . Et ait Domnus Rex Carolus: Revertimini vos ad fontem Sancti Gregorii, quia manifeſte corrupiſtis Cantilenam Eccleſiaſticam.* Addit idem denique Scriptor, Carolum Magnum ab Hadriano Papa *duos doctiſſimos Romanæ Eccleſiæ Cantores, qui a Sancto Gregorio eruditi fuerunt*, impetraſſe, Theodorum, & Bene-

(1) *Engoliſmenſis Monachus in Vita Caroli M. cap. 8. ap. Ducheſne inter Script. Hiſt. Francor. tom. 2. pag. 75.*

nedictum. Ideo *a Sancto Gregorio eruditi* dicuntur, quod Gregorianas notas ſeu præceptiones, a Sancto Gregorio Magno quondam latas, apprime noſſent. Ab his ergo Antiphonaria duo, notis Romanis adornata, in Gallias evecta ſunt. Carolus redux in Galliam anno Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo ſeptimo, (1) illorum Cantorum alterum Metas, alterum Sveſſionem miſit; quia ut Auſtraſiis Metæ, ſic & Sveſſio urbs Neuſtraſiis commoda erat, quò vel ad emendandos libros Antiphonarios, vel ad Romanum Cantum ediſcendum confluerent. Utrumque, Theodorum & Benedictum præfecit Carolus Scholæ Cantorum. Ad utrumque regio juſſu ex univerſa Francia, qui corrigerentur, delati ſunt libri antiphonarii. Utrobique, in Urbe ſcilicet Metis, & Sueſſionis, res feliciter ceſſit; omnes enim Franchorum Cantores Notam Romanam, *Franciſcam* poſtea dictam, ab eiſdem Cantoribus, in urbe Metenſi & Sveſſione docentibus, aſſecuti ſunt. Metenſis Schola Gregoriani Cantus gloria præ cæteris effulſit, & Sveſſioni prævaluit, teſte eodem Monacho Engoliſmenſi, qui totum hoc negotium in Caroli Magni Vita fuſius enarrat: E diverſis Galliæ Provinciis Metas confluxerunt, qui Romanum Cantum ediſcerent. Sed cum edocti diſcipuli, loci amenitate capti, in ea urbe diutius, quàm par eſſet, moram protraherent magno cum ſuarum Eccleſiarum damno, quæ Romanum audire cantum ſummis optabant votis, querelas adverſus eos excitarunt. Ad illas ſedandas, in Capitulari *Infra Eccleſiam* inſcripto, ſtatuit Carolus *cap.* 2. ut Cantores *de Metis revertantur*. Eadem Caroli Magni cura, ut Romanus Cantus in omnes Galliarum Eccleſias & Monachorum Cœnobia late excurreret atque derivâret, elucet ex Capitulari Aquiſgranenſi anni 789. capite octogeſimo, & ſeptuageſimo ſecundo, & ex Capitulari edito anno 805. apud Theodonis Villam. Ut autem perpetuum eſſet in Gallia monimentum, quo Antiſtites omnibus impoſterum occurrerent erroribus, ſi qui

S 2 in

(1) *La Cointe Annal. Francor. tom. 7. ad ann. 805. pag. 44. n. 48.*

in doctrinam fidei vel in morum diſciplinam ex diverſitate textûs divinorum Officiorum ipſiuſque Cantûs irreperent, flagitavit Carolus ab Hadriano I. Gregorii Magni Sacramentarium, quod per Joannem Abbatem Ravennatem accepit. Hinc, quod Galliarum Eccleſiæ & Monaſteria in divinis Officiis perſolvendis, ad illius Sacramentarii libri exemplum ſeſe effingerent, & ordine Romano quiſque Presbyter celebraret; Capitularia multa, Concilium Moguntinum anno 813., & ſubſequentes Galliæ Reges præſcripſerunt. Ab eo tempore, quotquot ſcripti ſunt in Gallia, Miſſales libri, ad illum Gregorianum Codicem exacti ſunt fere omnes: quod jampridem Mabillonius (1) adnotavit. Petrus Lambecius (2) cenſet, Sacramentarium ab Hadriano miſſum Carolo Magno, illud ipſum eſſe, quod nunc in Cæſarea Vindobonenſi Bibliotheca viſitur. Sed vir clariſſimus Ludovicus Antonius Muratori (3) validas conjecturas exerit, quibus adduci non poteſt, ut cenſeat, Codicem illum eum eſſe poſſe, qui ab Hadriano miſſus eſt.

Reſtituto in Gallia cantu Gregoriano, ſcholas Cantorum Romanis ſimillimas erexit Carolus; in quibus adoleſcentes cantu, ritibus, & officiis Eccleſiaſticis erudirentur. Hac enim ratione fieri poterat, ut invectæ Pſalmodiæ Ordiniſque Romani modus, in eo florentiſſimo Regno deficeret nunquam. Notavimus jam ſuperiori loco, Leidradum Archiepiſcopum Lugdunenſem, ut gratum Carolo præſtaret officium, in Epiſtola ad eum data, ſcripſiſſe in hunc modum: *Habeo ſcholas Cantorum, ex quibus plerique ſic eruditi ſunt, ut alios erudire poſſint.*

Non in Gallias tantum provexit Carolus, & ad optatum finem perduxit Romani Cantus inſtitutionem a Pipino cœptam, ſed in Germaniam etiam, in Saxoniam, & in alias Septentrionales regiones eam intulit, ac propagavit: atque hoc pacto conſtabilivit religioſiſſimus Princeps Rerum ſacrarum cum

Ro-

(1) *Mabillonius de Liturgia Gallicana lib. 1. cap. 3.*
(2) *Lambecius Biblioth. Cæſar. to. 2. cap. 2.*
(3) *Muratori diſſertat. de Reb. Liturgicis to. 1. cap. 6. pag. 69.*

Romana Eccleſia, cæterarum Magiſtra, conſenſionem. Quam quidem conſenſionem Valafridus Strabo (1) hac de cauſa neceſſariam eſſe duxit, ut ſubſequenti ætate, in ea tamquam in munitiſſima arce defenſionis noſtræ præſidia conſtitueremus adverſus tantam Sectarum colluviem, quæ vel integritatem fidei, vel diſciplinæ vetuſtatem labefactare conatæ ſunt.

Carolum Magnum, pro virili ad rem Eccleſiaſticam promovendam natum, omnes Franchorum Hiſtoriæ, omneſque cujuſque ætatis Scriptores multum quidem, ſed haud ſatis commendant. Eum in Cantorum & Lectorum miniſterio fuiſſe apprime inſtitutum, Eginhardus auctor eſt. Quinimmo Sangallenſis Monachus Carolum ipſum exhibet, ut ducem & moderatorem Cantus Eccleſiaſtici, & Officiorum, quæ in Cappella regii Palatii celebrabantur. In ea nullum adſcribi ſinebat Clericum, niſi qui cantum & litteras probe noſſet: quas quiſque recitaturus eſſet, Lectiones deſignabat ipſe: inopinos Clericos quandoque legere jubebat, ut præſto ſemper eſſent legere, & emendate legere: denique digito, virga, vel voce ſignabat, unde inciperent, & quando deſinerent legere. Quis itaque Eccleſiaſtici Cantus officio & cura dehoneſtari ſe ſuſpicabitur, qua ſe honeſtari ſenſerunt Pontificum Optimus Gregorius, & Imperatorum Maximus Carolus?

Laudatiſſimis ſuorum Majorum exemplis incenſus, Ludovicus Pius Romanum Cantum & Ritum ſtudio quam potuit maximo, in Gallicanis Eccleſiis curavit. Quamobrem Amalario Fortunato Metenſi Diacono juſſit, ut Romanum iter arriperet, Ordinem Antiphonarii cum Romanæ Eccleſiæ Ordine conferret; atque a Gregorio IV. Antiphonarium librum acciperet. Horum teſtem habemus ipſum Amalarium in prologo de Ordine Antiphonarii.

Romanus Cantus in Eccleſiis & Monaſteriis Galliæ atque Germaniæ, tanta cum laude illuſtrium harum regionum invectus, ſummoque plauſu exceptus, temporis, ut contingere

(1) *Walafridus Strabo de Rebus Eccleſiaſt. cap. 25.*

Digitized by Google

ſolet, ſucceſſu labefactatus eſt. Eum proinde ſapientiſſimi Præſules & Abbates ad priſtinum nitorem revocare & reſtaurare curarunt. Sanctus Guilelmus Abbas Divionenſis, (1) muſicæ apprime peritus, ſui Monaſterii Cantum ad Eccleſiæ Romanæ exemplum compoſuit, & Pſalmorum præcipuè concentum *dulciſſimo diſtinxit melodimate*. Joannes quidam Fuldenſis Monachus, B. Rabani Mauri Moguntini Archiepiſcopi diſcipulus, Poeta & Muſicus inſignis, artificialem Cantum in Eccleſia apud Germanos primus varia modulatione compoſuit (2). Vel uno Lupi Ferrarienſis (3) Abbatis, qui claruit anno 830. exemplo comprobari poſſet, privata quandoque Monaſteria aliquos ex ſuis Monachis Romam delegaſſe, qui in ipſo fonte pleniſſimam ebiberent Romani Cantus, & Ordinis divinorum Officiorum diſciplinam. Non inutile fore arbitror ejus verba, ex Epiſtola ad Benedictum III. data, excribere: *Fratres, & Compresbyteros noſtros Aldulphum & Acaricum, qui ſpontaneam peregrinationem pro nomine Domini ſuſceperunt, ſpecialiter veſtræ manſuetudini commendamus, ut eos pietate competenti favere dignemini; & conſuetudinibus Eccleſiaſticis, quæ varia in diverſis locis tenentur, diligenter inſtruere; ut per eos ad nos & ad cæteros quoſque, talia piè quærentes, inſtitutio Romana perveniat. Siquidem in quibuſcumque, ad religionem & honeſtatem pertinentibus, ambiguitatem creat varietas: ut optima quæque eniteant, illuc ſollicita inveſtigatione credimus recurrendum, unde ubique Fidei manavit exordium*. Tandem regularem canendi modum in Germania reſtituit Benno Epiſcopus Miſnenſis, qui XI. ſæculo labente claruit, (4) fecitque, ut concinne atque eleganter divina Officia decantarentur.

(*b*) *Quale (organo) Regnante Pipino era ſtato introdotto in quel Regno*. Ex Franchorum Annalibus conſtat, (5) ex Urbe

(1) *Bolland. to. 1. Januarii ad diem I. cap. 13. n. 35.*
(2) *Bolland. to. 1. Februarii ad diem IV.*
(3) *Lupus Ferrarienſis Epiſt. 103. apud Ducheſne to. 2. pag. 771.*
(4) *Bolland. Tom. III. Junii ad diem XVI.*
(5) *Eginhardus in Annal. de Geſtis Pipini, ad An. 757.*

be Conſtantinopolitana in Galliam allatum Organum anno 757., Pipino cum aliis muneribus a Conſtantino Græcorum Imperatore miſſum, oblatumque, dum Compendii agebat. Poſitum eſt hoc Organum in Oratorio Palatino, hujuſque exemplo in pleriſque Gallicanis Eccleſiis Organorum uſus videtur inductus. Excepto a Gallis grato hilarique animo hoc armonico inſtrumento, Michael Curopalates alter Imperator C. P. cognomine Rancabe præ cæteris regiis muneribus, aliud *præſtantiſſimum Organum* Carolo Magno per Legatos obtulit, teſte Monacho Sangallenſi, (1) illud his verbis deſcribente: *Organum præſtantiſſimum, quod doliis ex ære conflatis, follibuſque taurinis per fiſtulas æreas mire perflantibus, rugitu quidem tonitrui boatum, garrulitatem vero lyræ vel cymbali dulcedine coæquabat*. Georgius quidam Presbyter Venetus, poſſe ſe Organum æmulatione Græcorum conficere, Ludovico Pio ſignificavit; & Imperator omnia ad id opus conficiendum neceſſaria præberi juſſit. Effinxit itaque Georgius Aquiſgrani mirifica arte Organum, ut eſt apud Eginhardum (2) *in Annalibus*, qui *Hydraulicum* illud appellat, quod aquarum vi ſonum ederet. Walafridus Strabo, in carmine de Baſilicæ Aquiſgranenſis apparatu, celebre Aquiſgranenſe Organum deſcribit, quod tamen, Normannis eam Baſilicam diripientibus, periiſſe ferunt Gallicæ Hiſtoriæ ſcriptores. Varias Organorum ſeu inſtrumentorum Muſicorum ſpecies accurate recenſet Jacobus Hofmannus. (3)

(*c*) *Oltre la regola generale, che la Città di Roma deve eſſere l' eſempio di tutte l'altre Città ne' Riti Eccleſiaſtici*. Quod Sanctus Bernardus (4) de Romano Clero ſcripſit: *Clerum illum ordinatiſſimum eſſe decet, ex quo præcipuè in omnem Eccleſiam Cleri forma proceſſit*. Id æque ad muſices diſciplinam aptandum eſt, quæ e Romana in cæteras Orbis Eccleſias dimanavit, ut ſupra adnotavimus.

(*d*) *Ac-*

---

(1) *Sangallenſis Monachus in Caroli M. Vita lib. 1. cap. 10.*
(2) *Eginhardus de Geſtis Ludovici Pii ad An. 826.*
(3) *Hofmannus lexic. verb. Organum.*
(4) *S. Bernard. lib. 4. de Conſid. cap. 2.*

Digitized by Google

(*d*) *Acciocchè una volta ſi dia principio alla riforma delle muſiche nelle Chieſe, tanto ſoſpirata, ed inculcata*. Lectorem diu non morabor in proferendis religioſorum virorum teſtimoniis, qui æquam de Eccleſiaſtica Muſica inſtrumentali habuerunt querimoniam. Vehementer queritur Maldonatus, (1) aliorumque expoſtulationes prodit his verbis: *Nimis delectari homines Muſica cœperunt, minore gravitate canere, & minore ſtudio, quàm decebat, in Eccleſia. Qua de re conqueruntur omnes antiqui Auctores, qui de hac re aliquid ſcripſerunt*. Noſtrorum temporum felicitati acceptum referre debemus, quod tam præclarum reſtitutæ muſicæ Eccleſiaſticæ opus, tamdiu a bonis omnibus exoptatum, ac ab aliis Summis Pontificibus procuratum, ad exitum tandem venerit Romæ, ac in tota ditione Eccleſiaſtica, tanto animorum gaudio & exultatione exceptum, ut explicari ſatis non poſſit. Hinc omnes intelligant, velim, me muſicæ moderatoribus, qui in Urbe verſantur, tantum impertire laudis, quantum hominibus piis, ſuoque Principi obſequentiſſimis. Vix enim, juſſu Sanctiſſimi Pontificis, Edicto ad muſicam reſtituendam Romæ denunciato, omnes muſicæ Præfecti, hac præclariſſima ſcientia inſtructiſſimi, quibus urbs Roma redundat, ad præſcriptam methodum ita ſeſe attemperarunt, ut inſtrumentorum ſono, & Muſicorum modulatione ad intimam pietatem compoſita, Eccleſiis decorem, Urbique majeſtatem reſtituerint.

Nec ſilentio prætereundum eſt, mitius agere in hac Epiſtola Benedictum XIV., qui Epiſcoporum voluntati & prudentiæ rem hactenus integram dimittens, pœnas in delinquentes non adijcit. Severitatem ſuam prodit Præſul Anonymus, de quo ſuperiori loco (2) verba feci. Is enim, poſtquam ad emendandos Pſalmodiæ abuſus conſilio juvit Clementem V., ſic tandem orationi ſuæ finem imponit: *Et licèt contra præmiſſos abuſus multa jam prodierunt, tamen judicio meo eſſent pœnarum adjectione juvanda; cum pœnæ exacerbari debeant, quoties, multis graſſantibus, opus eſt exemplo*. §. XIII.

(1) *Maldonatus de Sacramen. Tom. 2. pag. 238.*
(2) *§. III. litt. A. pag. 31. & 32.*

§. XIII.

Abbiamo detto, quando ve ne ſia il biſogno ſapendo ancor Noi, che nello Stato Eccleſiaſtico vi ſono alcune Città, nelle quali vi è il biſogno della riforma delle muſiche nelle Chieſe; ed altre, nelle quali non vi ſarà il detto biſogno. Temiamo bensì, che in alcune vi ſarà il biſogno della pulizia de' ſacri Altari, e de' Tempj: in molte la neceſſità d'un ben regolato canto fermo ne' Cori delle Cattedrali, e delle Collegiate, giuſta ciò che di ſopra abbiamo detto; ſopra cui dovrà ella porre ogni maggior attenzione: e Iddio pur voleſſe, che in tutte le Dioceſi del noſtro Stato ogni Sacerdote celebraſſe la Meſſa col dovuto eſtrinſeco decoro; ed andaſſe veſtito, [a] e compariſſe in pubblico continuamente col dovuto abito Clericale. Noi ſopra queſti due ultimi aſſunti nulla aggiugneremo, avendone diffuſamente trattato *nella noſtra Notificazione* 14. §.4. *e* §.6. *al lib*.2. dell'edizione in lingua Italiana, (*b*) che è *la* 34. nell' edizione Latina, e *nella Notificazione* 4. *nel tom*. 4. dell' edizione pure in lingua Italiana, che è *la* 71. nell' edizione Latina, alle quali ci rimettiamo. Ed eccitando il di lei zelo, conchiudiamo col farle ſapere, non eſſervi coſa, che più vivamente additi il cattivo governo del Veſcovo, che il vedere i di lui Sacerdoti celebrare con troppa precipitanza la Meſ-

Meſſa, celebrarla ſenza il dovuto decoroſo accompagnamento delle ſacre cerimonie, e vederli comparire veſtiti con abiti indecenti, o poco proprj della dignità Sacerdotale: eſſendo queſte coſe, che cadono ſotto i ſenſi, de'quali il cittadino ed il foreſtiere ſono capaci di dare giudizio, e particolarmente que' foreſtieri, che vengono da' Paeſi, ne' quali ſi celebrano colla dovuta divozione le Meſſe, ed i Preti vanno veſtiti da Preti. E Noi quì intanto abbracciandola, con pienezza di cuore diamo a Lei, ed al Gregge alla ſua cura commeſſo, l' Apoſtolica Benedizione. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die xix. Februarii MDCCXLIX. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

COMMENTARIUS.

(a) *IDdio pur voleſſe, che in tutte le Dioceſi del Noſtro Stato ogni Sacerdote...... andaſſe veſtito, e compariſſe in publico continuamente col dovuto abito Clericale.* Vir clariſſimus Joſeph Catalano ad communem ſacrorum hominum utilitatem fuſioribus Notis illuſtravit *Sancti Hieronymi Epiſtolam ad Nepotianum, de Vita Clericorum, & Sacerdotum.* In ea autem, quam Clerici degere debeant vitam, quas amplecti virtutes, quæ munia obire, quæ vitia declinare, allatis Sanctorum Patrum & Conciliorum decretis, eruditiſſime demonſtrat. Vide ejuſdem auctoris, de ſacris litteris optime meriti, Notas in aureos Sancti Joannis Chryſoſtomi libros, *de Sacerdotio*, in quibus de Presbyterorum habitu, & vita fuſiſſime agit.

(b) *Avendone diffuſamente trattato nella noſtra Notifica-*

zio-

zione 14. §. 4. e §. 6. al lib. 2. dell' Edizione in lingua Italiana: che è la 34. nell' Edizione latina. Ob conceptam jure ac merito de ſingulari doctrina Benedicti XIV. in re præſertim Eccleſiaſtica opinionem, ejus Opera non ſolum ſummo cum eruditorum, piorumque virorum plauſu excepta ſunt, verum etiam magno cum utilitatis fructu, quem eorumdem ratio offert, leguntur. Hinc, ut tam præclara & exquiſita doctrina ac eruditio, quàm latiſſime fieri poſſet, ad hominum uſum, & cognitionem propagaretur, laudata Opera brevi tempore repetitis prælis commiſſa ſunt.

Monita, & Iſtitutiones lingua Italica ſub hoc titulo, *Notificazioni, Editti, ed Iſtruzioni*, prodierunt in 4. Bononiæ a. 1735. & Romæ a. 1747. Latine redditæ, iterum Romæ in fol. an. 1747. hac Epigraphe adjecta, *Inſtitutiones Eccleſiaſticæ*.

Tractatus duo, alter *de Sacrificio Miſſæ*, alter *de Feſtis Chriſti Domini & B. M. V.* Italico ſermone impreſſi ſunt in 4. Roboreti a. 1740., & Patavii a. 1747. Latine, itidem Patavii in fol. an. 1745.

Opus *de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione*, mole ingens, argumento præſtantiſſimum, & Eruditione omnino egregium, in quatuor Volumina tributum, excuſum eſt Bononiæ in fol. a. 1734. 1735. 1737. & 1738., deinde Patavii a. 1743., curante clariſſimo Viro Jacobo Facciolato, omni diſciplinarum genere & eloquentia, poſterorum fama digniſſimo.

Cæteris omnibus longe præſtat recens Editio Romana, auctior, & caſtigatior, quæ adornatur ad uſum Accademiæ Liturgicæ Conimbricenſis, magno Luſitaniæ totius bono a Sanctitate Sua inſtitutæ, ad quam frequentiſſima Luſitana Juventus ſtudiorum cauſa confluit. Editio iſtæc Benedicti XIV. Opera omnia in XII. tomos in folio tributa comprehendit. In eam impendit omnem curam, ſuaſque cogitationes defixas jamdiu habet vir eximius Emanuel de Azevedo S. I. Sacræ Rituum Congregationis Conſultor, & in Univerſitate ſtudiorum Collegii Romani doctus Anteceſſor. Hic cum multa ingenii

ſui

Digitized by Google

ſui, atque eruditionis ſpecimina præbuerit; loco *quatuor Voluminum* de Beatificatione & Canonizatione Sanctorum, nuper *unum* repoſuit, tam brevi dilucidoque ſermone, tantaque judicii vi atque intenſione exaratum, ut nihil addi vel detrahi poſſe videatur. Præterea, doctrinam BENEDICTI XIV. de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, alio tractatu edito, in centum exercitationes redegit. De utroque argumento publicas Theſes a ſuis Auditoribus quamprimum defendendas proponet, ut fertur, in Templo Collegii Romani, ſub GLORIOSISSIMIS BENEDICTI XIV. REGISQUE FIDELISSIMI AUSPICIIS.

L A U S D E O.

VAI 1532478

Digitized by Google

PRÆCIPUA EDITIONIS HUJUS

errata	*ſic*	*emendanda*:
Pag. 7. Martinus V.		Martinum V.
21. inficitur		inficietur
24. nivinarum		divinarum
Ib. eniderer		eniteret
37. obſurdis		abſurdis
38. loculenta		luculenta
41. accedi		accedit
51. Mabiollonio		Mabillonio
52. fortius		fortitus
67. ſuffocav		ſuffocavit
Ib. ommodius		commodius
68. Eangelicæ		Evangelicæ
77. muſice		muſicæ
82. theſaurii		theſauri
83. a. 1665.		a. 1605.
97. devotionem ſub cuculla; digitos		devotionem; ſub cuculla digitos
133. coronationem		coronatione
137. ob humanitatem		ob unanimitatem

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google